# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

ET

## LEGES NOVELLAE AD THEODOSIANVM PERTINENTES

CONSILIO ET AVCTORITATE ACADEMIAE LITTERARVM
REGIAE BORVSSICAE

EDIDERVNT

TH. MOMMSEN ET PAVLVS M. MEYER

ACCEDVNT TABVLAE SEX

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

---

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# THEODOSIANI

## LIBRI XVI

## CVM CONSTITVTIONIBVS SIRMONDIANIS

EDIDIT

ADSVMPTO APPARATV P. KRVEGERI

TH. MOMMSEN

VOLVMINIS I PARS POSTERIOR

TEXTVS CVM APPARATV

---

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCCV

# CONSPECTVS PARTIS POSTERIORIS

| | pag. |
|---|---|
| GESTA SENATVS ROMANI DE THEODOSIANO PVBLICANDO . . . | 1 |
| THEODOSIANI TITVLI . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 5 |
| THEODOSIANI LIBRI XVI . . . . . . . . . . . . . . . . . . . | 27 |
| CONSTITVTIONES SIRMONDIANAE . . . . . . . . . . . . . . . | 907 |

*

# LIBER DECIMVS SEXTVS.

## I. DE FIDE CATHOLICA.

i *om. V* *Iust.* 1, 1: de summa trinitate et de fide catholica et ut nemo de ea publice contendere audeat.

I, 1, 1 (365 Nov. [?] 17).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quisquis seu iudex seu apparitor ad custodiam templorum homines Christianae religionis adposuerit sciat non saluti suae, non fortunis esse parcendum. DAT. XV KAL. DECEMB. MED(IOLANO), VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

---

*VEL*

1 pu] ppo *L*, pm *E* 1/2 seu iudex] iudex *E* 2 apparator *L* hominis *L* 3 salutae *L*, salutis *E* parendum *E* 3/4 dat. xu k. dec. *(om. L)* med. ual. et ual. *libri; eo die num Symmachus praefectus fuerit, dubitatur.*

---

I, 1, 2 (380 Febr. 27).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THE(O)D(OSIVS) AAA. EDICTVM AD POPVLVM VR(BIS) CONSTANTINOP(OLITANAE). Cunctos populos, quos clementiae nostrae regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam divinum Petrum apostolum tradidisse Romanis religio usque ad nunc ab ipso insinuata declarat quamque pontificem Damasum sequi claret et Petrum Alexandriae episcopum virum apostolicae sanctitatis, hoc est, ut secundum apostolicam disciplinam euangelicamque doctrinam patris et filii et spiritus
1 sancti unam deitatem sub parili maiestate et sub pia trinitate credamus. Hanc legem sequentes Christianorum catholicorum nomen iubemus amplecti, reliquos vero dementes vesanosque iudicantes haeretici dogmatis infamiam sustinere ⌜nec conciliabula eorum ecclesiarum nomen accipere⌝, divina primum vindicta, post etiam motus nostri, quem ex caelesti arbitrio sumpserimus, ultione plectendos. DAT. III KAL. MAR. THESSAL(ONICAE) GR(ATI)ANO A. V ET THEOD(OSIO) A. I CONSS.

| IVST. |
| --- |
| ⌜nec ... accipere⌝ *om.* |

---

*VEYDOL. COLL. QVESNELL. ET COLBERT. (inde HINCMAR opp. 1, 336).* — IVST. 1, 1, 1. — *Cf. Sozomenus h. eccl. 7, 4. Schol. Vatican.:* iubet Bizantiae populos beatorum Petri et Pauli semper in Christo tenere, quemadmodum Romani populi, piam vel venerandam doctrinam.

1 et *om. O* thed. *V* edictum *om. Iust.* ad] a *L* 2 constpli *Y*, constantinopoli *Colb.*, constantinopolis *O*, *om. L* cunctus populus *L* 2/3 temperamentum] *libri et Iust. (Summa Perus.)*, imperium *Iust. (reliqui)* 3 uersare *D Y* 4 ad] *V Iust.*, *om. EYDOL* 5 si qui *Colb.* hoc est *om. E* 6 et spir.] spir. *L* 7 deitatem] ueritatem *YDO* pari *E Iust.* 8 sequantes $Y^{a}$ 9 heretici *V* 10 nec *om. O* conciliabulae *L* 10/11 aeclesiarum *V* 11 accipere] non accipere *O* diuina] sed (et *L*) diuina *YDOL* 12 motum *E* 12/13 dat. iii *(V et rel. et Iust. [p L]*, ui *Iust. [S]*, u *Iust. [Atr.])* k. mart. thessal. (thessalo *E*, thessalicae *Colb.*, mediol. thesalonice *YD*) grat. a. *(om. EYDO Quesn. Colb.)* u *(om. E)* et th. a. i (ā i *VEO*, i aa *YD Quesn. Colb.) libri*

XVI, 1, 3 (381 Iul. 30).

IDEM AAA. AD AVXONIVM PROC(ONSVLEM) ASIAE. Episcopis tradi omnes ecclesias mox iubemus, qui unius maiestatis adque virtutis patrem et filium et spiritum sanctum confitentur eiusdem gloriae, claritatis unius, nihil dissonum profana divisione facientes, sed trinitatis ordinem personarum adsertione et divinitatis unitate, quos constabit communioni Nectari episc(opi) Constantinopolitanae ecclesiae nec non Timothei intra Aegyptum Alexandrinae urbis episcopi esse sociatos; quos etiam in Orientis partibus Pelagio episcopo Laodicensi et Diodoro episcopo Tarsensi: in Asia nec non proconsulari adque Asiana dioecesi Amphilochio episcopo Iconiensi et Optimo episcopo Antiocheno: in Pontica dioecesi Helladio episc(opo) Caesariensi et Otreio Meliteno et Gregorio episc(opo) Nysseno, Terennio episc(opo) Scythiae, Marmario episc(opo) Marcianop(olitano) communicare constiterit. Hos ad optinendas catholicas ecclesias ex communione et consortio probabilium sacerdotum oportebit admitti: omnes autem, qui ab eorum, quos commemoratio specialis expressit, fidei communione dissentiunt, ut manifestos haereticos ab ecclesiis expelli neque his penitus posthac obtinendarum ecclesiarum pontificium facultatemque permitti, ut verae ac Nicaenae fidei sacerdotia casta permaneant nec post evidentem praecepti nostri formam malignae locus detur astutiae. DAT. III KAL. AVG. HERACL(EAE) EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

*VEYDO*

1 ad *(om. O)* auxonium (ausonio *O*) proc asiae (affricae *O*) *om. Y* tradidi *E* aeclesias *V* mox *ante* omnes *O* 2 adque] et *O* 4 adsertione] *YDO*[1], adsertione praedicantes *O*[2], adsertionem *VE* unitate] *YDO*, unitatem *VE* 4 constauit *E* 4/5 communioni] *O recte*, communione *reliqui* 5 necteri *E* aeclesiae *V* nec non tim.] *O emendans*, tim. nec non *reliqui* 6 episcopi] *O emendans*, episcopos *VE*, epis *YD* 7 laodicensi (laudocinensi *E*) . . . 8 optimo *om. E** et diodoro] eliodoro *E* in asia nec non proconsulari] nec non etiam in asia proc. *O emendans; delendum* nec non 8 amphilocio *VY*, philocio *E*, amphiloco (*superscr.* id est iconii episcopo qui scripsit vitam sancti basilii) *O* episcopo iconiensi (icoensi *V*) . . . antiocheno (anthioceno *VY*, antioceno *E*) *om. O* 8/9 pontico *V*, potica *E* 9 helladio] elladio *E*, *suprascr.* id est successori sancti basilii *O* cessariensi iei otreio *E* mileteno *O*, melite *E* et *om. E* 9/10 nyseno *V*, niseno *EO* (*hic suprascr.* fratri sancti basilii), nireno *YD* 10 terenio *E*, terrenio *YD*, tirrenio *O* sitiae *E* marmario] *V*, mart(h)ario *EYD*, machario *O* 11 constiterint *E* aecclesias *V* 12 commeratio *VY* 13 fide communionis *V* hereticos *V* ecclesiis] *sic hoc loco V* 14 post haec *E* aeclesiarum *V* 15 ac nicenae *V*, agnite *E* euidentis *YDO* 16 det. loc. *O* 16/17 dat. iii (iiii *E*) k. aug. heracl. (heraclie *EDO*, heraclyae *Y*) euch. et syagr. *libri*

XVI, 1, 4 (386 Ian. 23).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD EVSIGNIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Damus copiam colligendi his, qui secundum ea sentiunt, quae temporibus divae memoriae Constanti sacerdotibus convocatis ex omni orbe Romano expositaque fide ab his ipsis, qui dissentire noscuntur, Ariminensi concilio, Constantinopol(itano) etiam confirmata in aeternum mansura decreta sunt. Conveniendi etiam quibus iussimus patescat arbitrium, scituris his, qui sibi tantum existimant colligendi copiam contributam, quod, si turbulentum quippiam contra nostrae tranquillitatis praeceptum faciendum esse temptaverint, ut seditionis auctores pacisque turbatae ecclesiae, etiam maiestatis capite ac sanguine sint supplicia luituri, manente nihilo minus eos supplicio, qui contra hanc dispositionem nostram obreptive aut clanculo supplicare temptaverint. DAT. X KAL. FEB. MED(IOLANO) HONORIO NOB. P. ET EVODIO CONSS.

*VE*. — GEMINA 16, 4, 1 (*inde a* 6 his *ad* 9 luituri).

1 aaa. *om. E* 1/2 ppo] ppm *E* 3 constanti] *V*, constantii *E* urbe romana *E* 4 desentire *E* constantinopol] *V*, constpli *E* 6 tantum] tantummodo *gem.* 7 quod *om. gem.* turbolentium *E* conta *(sic)* nostra (nostras *E**) tranquillitates *E* 8 temptauerit *E* ut] aut *E* aeclesiae *V* etiam *om. gem.* 9 sanguinem *E* 10 clanculo] *VE*[a], clangulo *E*[b]*E** temptauerit *E* 10/11 dat. x k. feb. med. (*sic VE*, constantp *gem.*) honorio nob p (nob p *V*, ā *seq. sp. vac. E*) et euodio (uc *ins. gem.*) *libri*

## II [= BREV. I]. DE EPISCOPIS, ECCLESIIS ET CLERICIS.

ii *om. V* ecclesiis] aeclesiis *VT (in indice), om. O.* — *Iust.* 1, 2: de sacrosanctis ecclesiis et de rebus et privilegiis earum; 1, 3: de episcopis et clericis et orfanotrophiis et brephotrophiis et xenodochiis et asceteriis et monachis et privilegio eorum et castrensi peculio et de redimendis captivis et de nuptiis clericorum vetitis seu permissis.

, 2, 1 (313 [?] Oct. 31).

IMP. CONSTANTINVS A. Haereticorum factione conperimus ecclesiae catholicae clericos ita vexari, ut nominationibus seu susceptionibus aliquibus, quas publicus mos exposcit, contra indulta sibi privilegia praegraventur. Ideoque placet, si quem tua gravitas invenerit ita vexatum, eidem alium subrogari et deinceps a supra dictae religionis hominibus huiusmodi iniurias prohiberi. DAT. PRID. KAL. NOV. CONSTANTINO A. III ET LICINIO III C. CONSS.

---

*VEYDO*

1 *datam esse ad Anullinum proconsulem Africae ipsamque esse epistulam relatam apud Eusebium hist. eccl. 10, 7 iudicat Gothofredus, perperam opinor* hereticorum *V* aeclesiae *V* 2 seu susceptionibus *om. E*[a] mox *E* et poscit *E*[a] 4 eidem] et idem *E* 5 dat. prid. k. nou. const. a. iii (iiii *E*) et licinio iii c̄ *(sic V, om. EYDO) libri; aut delendum* c̄ *cum deterioribus aut probabilius mutandus consulatus sic;* Constantino A. V et Licinio Caes. conss.

---

, 2, 2 [= BREV. XVI, 1, 1] (319 Oct. 21).

IDEM A. OCTAVIANO CORRECTORI LVCANIAE ET BRITTIORVM. Qui divino cultui ministeria religionis inpendunt, id est hi, qui clerici appellantur, ab omnibus omnino muneribus excusentur, ne sacrilego livore quorundam a divinis obsequiis avocentur. DAT. XII KAL. NOV. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS.

INTERPRETATIO. Lex haec speciali ordinatione praecipit, ut de clericis non exactores, non allectos facere quicumque sacrilega ordinatione praesumat, quos liberos ab omni munere, id est ab omni officio omnique servitio iubet ecclesiae deservire.

---

*VY (ubi additur in margine:* iteratur haec sententia*) D.* — BREV. *(HN[Y][D]GO (om. int.) EXCPMLS).*

1 idem] *VY[Y]D[D]O,* imp. constantinus *brev. (praeter [Y][D]O)* correctore *V,* coñs *H* lucianae *E* et bricciorum *O,* tributorum *G* diunio *V*[1], diuini *PML* cultus *L,* coetui *S*[a] ministerio *H* 2 hii *XCL, om. HM* cleri *L* appenlantur *[D]* omnibus *bis X, om. P*[a] omnino *om. L* 2/3 excusantur *[Y][D]O* 3 ne] nec *O* sacrilegio *E* obsequiis auocentur (euocentur *HE*)] a. o. *G* 3/4 dat. xii k. nou. *(hic finiunt DY)* const. a. *(om. G)* u *(om. G)* et lic. c. (uiro claro *S, om. HNGE*), *libri, nisi quod* eisdem consulibus *O* 5 speciali ordinatione (ordine *N*) praecipit '(praecepit *XCE*)] specialiter ordinat *L* non exact.] nec exact. *G,* exact. *H* 6 allectus *NE,* allectores *H[Y][D]* 7 omne off. *L* seruire *G*

---

, 2, 3 (320 Iul. 18).

IDEM A. AD BASSVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Cum constitutio emissa praecipiat nullum deinceps decurionem vel ex decurione progenitum vel etiam instructum idoneis facultatibus adque obeundis publicis muneribus opportunum ad clericorum nomen obsequiumque confugere, sed eos de cetero in defunctorum dumtaxat clericorum loca subrogari, qui

---

1 ad basso *O* p̄p̄o] p̄p̄m̄ *E: scr.* p̄ū 3 oportunam *Y*[1]

fortuna tenues neque muneribus civilibus teneantur obstricti, cognovimus illos etiam inquietari, qui ante legis promulgationem clericorum se consortio sociaverint. Ideoque praecipimus his ab omni molestia liberatis illos, qui post legem latam obsequia publica declinantes ad clericorum numerum confugerunt, procul ab eo corpore segregatos curiae ordinibusque restitui et civilibus obsequiis inservire. P(RO)P(OSITA) XV KAL. AVG. CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

*VEYDO*

1 tenues] *scr.* tenues sint muneribus (munentibus *E*) ciuilibus (ciuibus *V*[a])] c. m. *O* illos etiam] etiam eos *O* 2 promulgationem] obligationem *YDO* sotiauerant *O* 3 liberati *E* 4 curae *E* 5 ordinibusque] ordinibus *YDO* restituti *E* 5/6 $\overline{\text{pp}}$ ($\overline{\text{ppa}}$ *Y*) xu k. aug. const. ā ui (u *YDO*) et constantio (*sic VEYD*, constante *O*; *si est anni 320, requiritur* Constantino) c̄ (*om. EYD*) *libri. Sed recte fortasse Seeckius hanc constitutionem, utpote explicantem eam quae legitur 16, 2, 6 reicit ad a. 326* Constantino A. VII et Constantio C. conss.

XVI, 2, 4 (321 Iul. 3).

IDEM A. AD POPVLVM. Habeat unusquisque licentiam sanctissimo catholicae venerabilique concilio decedens bonorum quod optavit relinquere. Non sint cassa iudicia. Nihil est, quod magis hominibus debetur, quam ut supremae voluntatis, post quam aliud iam velle non possunt, liber sit stilus et licens, quod iterum non redit, arbitrium. P(RO)P(OSITA) V NON. IVL. ROM(AE) CRISPO II ET CONSTANTINO II CAESS. CONSS.

*VEYDO.* — IVST. 1, 2, 1.

1 un. decedens hab. lic. *O* sanctissimo] *V Iust.*, sanctissimae *EYD*, sanctae *O* 1/2 uenerabilisque concilii *Y*[b]*D*[b] 2 decedens *post* unusquisque *O* iudicia] extrema iud. *O* 3 debetur] *VE Iust.* (*C*[b]), debeatur *YDO Iust.* (*plerique*) ut *om. YDO* suppremae uoluntatis] *V*, suppraeme uoluntati *E*, suprema uoluntas *YDO* iam aliud *O Iust.* 4 licens] libens *YDO*, licitum *Iust.* reddit *E* 4/5 $\overline{\text{pp}}$ ($\overline{\text{ppa}}$ *E*, $\overline{\text{pp}}$ ā *YD*) u non. iul. rom. crispo ii et constantino (constantio *YDO* ii caess. (*om. YD O*) *libri*

XVI, 2, 5 (323 Mai. [?] 25).

IDEM A. AD HELPIDIVM. Quoniam conperimus quosdam ecclesiasticos et ceteros catholicae sectae servientes a diversarum religionum hominibus ad lustrorum sacrificia celebranda conpelli, hac sanctione sancimus, si quis ad ritum alienae superstitionis cogendos esse crediderit eos, qui sanctissimae legi serviunt, si condicio patiatur, publice fustibus verberetur, si vero honoris ratio talem ab eo repellat iniuriam, condemnationem sustineat damni gravissimi, quod rebus publicis vindicabitur. DAT. VIII KAL. IVN. SIRMI SEVERO ET RVFINO CONSS.

*VE*

1 Helpidium] *fortasse* agentem vicem praefectorum praetorio aeclesiasticos *V* 2 diuersorum *E* 3 cogendus *E* 5 iniuria *E* 6 sirmi] *V*, syrmio *E*: *dies certe non potest conciliari cum iis quae novimus de bello hoc anno inter Constantinum et Licinium gesto*

XVI, 2, 6 (326 Iun. 1).

IDEM A. AD ABLAVIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Neque vulgari consensu neque quibuslibet petentibus sub specie clericorum a muneribus publicis vacatio deferatur, nec temere et citra modum populi clericis conectantur, sed cum defunctus fuerit clericus, ad vicem defuncti alius allegetur, cui nulla ex municipibus prosapia fuerit neque ea est opulentia facultatum, quae publicas functiones facillime queat tolerare, ita ut, si inter civitatem et clericos super alicuius nomine dubitetur, si eum aequitas ad publica trahat

1 pp$\overline{\text{m}}$ *E* 2 a *om. E* 4 allegetur] *V*, eligatur *E* ea] ca *E* 5 publica *V* queat] quead *E*, quaead *V* 6 publicat trahat *E*

obsequia et progenie municeps vel patrimonio idoneus dinoscetur, exemptus clericis civitati tradatur. Opulentos enim saeculi subire necessitates oportet, pauperes ecclesiarum divitiis sustentari. P(RO)P(OSITA) KAL. IVN. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

*VE*

1 dinoscetus *V*, dinoscitur *E* 2 opulentus *E*ᵃ aeclesiarum *V* 3 constantio] *E*, constante *V* | caes. *om. E*

---

I, 2, 7 (330 Febr. 5).

IDEM A. VALENTINO CONS(VLARI) NVMIDIAE. Lectores divinorum apicum et hypodiaconi ceterique clerici, qui per iniuriam haereticorum ad curiam devocati sunt, absolvantur et de cetero ad similitudinem Orientis minime ad curias devocentur, sed immunitate plenissima potiantur. DAT. NON. FEB. SERDICA GALLICANO ET SYMMACHO CONSS.

*VE. — Adlegatur ab ipso Constantino in epistula data eodem loco eodemque die (consules non enuntiantur) ad episcopos Numidiae partis Donati (post Optatum p. 296 Dupuis, p. 215 Ziwsa):* ad consularem quoque scribi mandavi Numidiae, ut ipse in eiusdem ecclesiae fabricatione in omnibus sanctimoniam vestram iuvaret. Lectores etiam ecclesiae catholicae et hypodiacones, reliquos quoque [qui] instinctu memoratorum quibusdam pro moribus ad munera vel ad decurionatum vocati sunt, iuxta statutum legis meae *[Theod. 16, 2, 2]* ad nullum munus statui evocandos. Sed et eos, qui ducti sunt haereticorum instinctu, iussimus protinus molestis perfunctionibus absolvi. De cetero etiam legem meam super ecclesiasticos catholicos datam custodiri mandavi, quae omnia [ut] vestrae patientiae palam fierent, harum litterarum testificatione perscripta sunt. *Ad easdem epistulas respicit, ut vidit Duchesnius (le dossier du Donatisme* 1890 p. 30*), Eusebius (vita Const. 1, 45) Constantinum testans haereticorum Africanorum iniurias ut hominum insanorum punire noluisse.*

1 ualāno *E* appificum *E*ᵃ, apificum *E*ᵇ et ypodiaconi *V*, prbi diac *E* 2 hereticorum *V* | 3 morientis *E* 4 calligano *E* symacho *E*

---

I, 2, 8 (343 Aug. 27).

IMP. CONSTANTIVS A. CLERICIS SAL(VTEM) DICIT. Iuxta sanctionem, quam dudum ⌜meruisse perhibemini⌝, et vos et mancipia vestra nullus novis collationibus obligabit, sed vacatione gaudebitis. Praeterea neque hospites suscipietis || et si qui de vobis alimoniae causa negotiationem exercere volunt, immunitate potientur. DAT. VI KAL. SEPT. PLACIDO ET ROMVLO CONSS.

| IVST. |
|---|
| ⌜meruistis⌝ |
| \|\| *finit.* |

*VEYDO HINCMAR 2, 318 (inde cod. Casin. 522).* — IVST. 1, 3, 1.

1constantinus *EYD* a. *om. YD Hincm.* 2 et uos] et fundos *O*, fundos *YD Hincm.* pancipia *V*¹ nobis *VE* 3 obligauit *VE* | uagatione *E* 4 quid *E* 5 immunitatem *E* rumulo *VE*

---

I, 2, 9 (349 Apr. 11).

IDEM A. SEVERIANO PROC(ONSVLI) ACHAIAE. Curialibus muneribus adque omni inquietudine civilium functionum exsortes cunctos clericos esse oportet, filios tamen eorum, si curiis obnoxii non tenentur, in ecclesia perseverare. DAT. III ID. APRIL. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

*VE*

1 pū achaiae *V*, proc̄ asiae *E* 3 aeclesia *V* 3/4 dat. iii (iiii *E*) id. apr. limenio (liminio *E*) | et catullino (catulino *V*, catholind *[sic] E*) *libri*

INTERPRETATIO. Specialiter prohibetur, ne quis audeat apud iudices publicos episcopum accusare, sed in episcoporum audientiam perferre non differat, quidquit sibi pro qualitate negotii putat posse conpetere, ut in episcoporum aliorum iudicio, quae adserit contra episcopum, debeant definiri.

*V.* — BREV. *(HYD HINCMAR opp. 2, 325 et apud Harduinum acta concil. 5, 1347. 1356 NGO[om. int.]EXCPML[om. text.]S).*

1 audiat *S* 2 audientia *HL*, audiendia *N* quidquid] quid *X* 3 putant *X* conperere *H* | adseret *XCPM* 4 debeat *GX* definire *L*

VI, 2, 13 (357 Nov. 10).

IDEM A. ET IVLIANVS CAES. AD LEONTIVM. Ecclesiae urbis Rom(ae) et clericis concessa privilegia firmiter praecipimus custodiri. DAT. IIII ID. NOV. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

*VE*

1 iulianus *om. E* leontium] *mag. incertus* aeclesiae *V* et cl.] cl. *E* 2/3 dat. iiii id. (k. | *E*[a]) med. const. a. uiiii et iul. caes. *(om. E)* ii *(om. E) libri*

VI, 2, 14 (357 Dec. [?] 6).

IDEM A. ⸢ET IVLIANVS CAES.⸣ FELICI EPISCOPO. Omnis a clericis in-
debitae conventionis iniuria et iniquae exactionis repellatur inprobitas
nullaque conventio sit circa eos munerum sordidorum. Et cum negotiatores ad aliquam
praestationem conpetentem vocantur, ab his universis istiusmodi strepitus conquiescat;
si quid enim vel parsimonia vel provisione vel mercatura honestati tamen conscia con-
gesserint in usum pauperum adque egentium, ministrari oportet, ut, quod ex eorundem
ergasteriis vel tabernis conquiri potuerit et colligi, collectum id religionis aestiment lu-
1 crum. Verum etiam hominibus eorundem, qui operam in mercimoniis habent, divi prin-
cipis, id est nostri statuta genitoris multimoda observatione caverunt, ut
2 idem clerici privilegiis ⸢conpluribus⸣ redundarent. Itaque extraordi-
3 nariorum a praedictis necessitas adque omnis molestia conquiescat. Ad parangariarum
4 quoque praestationem non vocentur nec eorundem facultates adque substantiae. Omni-
bus clericis huiusmodi praerogativa succurrat, ut coniugia clericorum ac liberi quoque
et ministeria, id est mares pariter ac feminae, eorumque etiam
filii inmunes semper ⸢a censibus et separati⸣ ab huiusmodi mu-
neribus perseverent. DAT. VIII ID. DECEMB. MED(IOLANO), LECTA V
KAL. IAN. APVT ACTA CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

IVST. ⸢ ⸣ *om.*

IVST. ⸢pluribus⸣

IVST. ⸢a c. et separati⸣ *om.*

*VEYDO.* — IVST. 1, 3, 2.

1 idem ā *om. YD* iulianus *om. E* felice *E* omnes a clero *E* 4 conpetenter *YD* huiusmodi *O* strepidus *E*[a] conquiescat] *Iust. YDO*, conquiescet *V*, conquiescit *E* 5 honestatis *Y*[b]*D*[b] constia *E*[a]: *malim* congrua 5/6 concesserint *E* 6 uso *E* ut] *scripsi dubitans*, aut id *VE Iust.*, aut *YDO* 7 ergastyriis *YD* collectum] et c. *E*, *om. O* aestimet *E*, aestimetur *YDO* 8 hominibus] *Iust.*, ab hominibus *VEYDO* opera *E* diuis *E* 8/9 principes *EYD* 9 id est *om. YDO* nostri (-tris | *E*) stat. gen.] g. n. st. *O*, n. g. st. *Iust.* 9/10 cauerunt ut idem] *scr.* idem caverunt ut 10 quam pluribus *YDO* 11 a *(om. YD)* praedictis *om. O* parangariam *E*[a], parangarium *E*[b]*E*[*] 12 praestatione *E* eorundem] eorum *YDO* 12/13 omnibus] o. enim *O* 13 ac *om. YDO* 16 uiii] *E Iust. (PLD) cum 8, 5, 9*, uiiii *V* 17 et iul. c. ii *om. YDO.* — *A Mediolano cum Constantius abierit a. 357 Apr. 28, aut in die erratum est aut restituendus consulatus a. 356*

VI, 2, 15 (360 [359?] Iun. 30).

IDEM A. ET CAES. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. In Ariminensi synodo super ecclesiarum et clericorum privilegiis tractatu habito usque eo dispositio progressa est,

1 a.] aa. *E* et c. *om. Iust.* ppo] ppm̄ *E* arimininse *V* 2 aeclesiarum *V* habitu *E*

ut iuga, quae videntur ad ecclesiam pertinere, a publica functione cessarent inquietudine
1 desistente: quod nostra videtur dudum sanctio reppulisse. Clerici vero vel hi, quos
copiatas recens usus instituit nuncupari, ita a sordidis muneribus debent immunes adque
a conlatione praestari, si exiguis admodum mercimoniis tenuem sibi victum vestitumque
conquirent; reliqui autem, quorum nomina negotiatorum matricula conprehendit eo tempore, quo conlatio celebrata est, negotiatorum munia et pensitationes agnoscant, quippe postmodum clericorum se coetibus adgregarunt.
2 || De his ⌜sane⌝ clericis, qui praedia possident, sublimis auctoritas tua non solum eos aliena iuga nequaquam statuet excusare, sed etiam pro his, ⌜quae ipsi possident⌝, eosdem ad pensitanda fiscalia perurgueri. Universos namque clericos possessores dumtaxat provinciales pensitationes fiscalium ⌈ recognoscere iubemus, || maxime cum in comitatu tranquillitatis nostrae alii episcopi, qui de Italiae partibus venerunt, et illi quoque, qui ex Hispania adque Africa commearunt, probaverint id maxime iuste convenire, ut praeter ea iuga et professionem, quae ad ecclesiam pertinet, ad universa munia sustinenda translationesque faciendas omnes clerici debeant adtineri. DAT. EPISTVLA PRID. KAL. IVL. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. X ET IVL(IANO) III CAES. CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ⌜ ⌝ *om.*
⌜quae ab ipsis possidentur⌝
⌈ translationesque faciendas *(cf. v. 17)*
|| *fin.*

*VE.* — IVST. 1, 3, 3.

1 aeclesiam *V* 2/3 hii quos copiata *E* 5 conpraehendit *V* 6 est *om. E* 6/7 pensatione *E* 7 quippe] *VE*, quique *Gothofredus* se] et *E* 9 statue *E* 10 pro] *Iust., om. VE* 11 perurguere *Iust.* 12 pensationes *E* 14 hispaniae *E* 15 africae $E^{a}$ 16 aeclesiam *V* pertinent *E* moenia *V* 17 adtineri] obtineri *E* 17/18 dat. epistula *(om. E)* prid. k. iul. *(sic VE,* decb. **E)* med. const. a. x (a *E*) et iul. iii caes. conss. (et iul. cons. iii *E*) *libri: eo die cum Constantius non fuerit Mediolani, videtur cum Gothofredo cogitandum de subscriptione mutila:* data epistula [.... accepta] prid. k. iul. Mediolano

XVI, 2, 16 (361 Febr. 14).

IDEM AA. AD ANTIOCHENSES. In qualibet civitate, in quolibet oppido vico castello municipio quicumque voto Christianae legis meritum eximiae singularisque virtutis omnibus intimaverit, securitate perpetua potiatur. Gaudere enim et gloriari ex fide semper volumus, scientes magis religionibus quam officiis et labore corporis vel sudore nostram rem publicam contineri. DAT. XVI KAL. MART. ANTIOCHIAE TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

*VEYDO HINCMAR* 2, 319 *(inde cod. Casin. 522).*

1 idem $\overline{aa}$ et c *YD*, idem aug. *O*, constantius et constans *Hincmar: requiritur* idem ā in q. o. uico *om. E* 2 municipio *collocari debuit ante* oppido merito *E* uirtutes *E* 3 gloriari] $V^{2}$*YDO Hincm. fortasse ex interpolatione*, gloria $V^{1}$*E*: *fortasse desunt plura ad hoc exemplum* gloria pios cumulari ex fide semper] s. ex f. *O* 4 religionibus] religio dec nibus *(sic) E* uel] et *O* 5 dat. xui (xu *YD O*) k. mart. ant. tauro *(hic fin. YDO)* et fl. *libri*

XVI, 2, 17 (364 Sept. 10).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD BYZACENOS. Plebeios divites ab ecclesia suscipi penitus arcemus. DAT. IIII ID. SEPT. AQVIL(EIAE) DIVO IOVIANO ET VARRON(IANO) CONSS.

*VE*

1 et *om. E* bizazenos $E^{b}$, bizazensos $E^{a}$ plebeius $E^{b}$, plebs eius $E^{a}$ *post* diuites *repetit* magis .... corporis *(ex l. 16) E et *E* aeclesia *V* 2 iiii] *scr.* prid. *ad iunctas* uarronianum *E*

XVI, 2, 18 (370 Febr. 17).

IDEM AA. AD CLAVDIVM PRO(CONSVLEM) AFRIC(AE). Quam ultimo tempore divi Constanti sententiam fuisse claruerit, valeat, nec ea in adsimulatione aliqua convalescant, quae tunc

1 clau*dium *V* procons.] $\overline{pu}$ *V* constanti] *V*, constantis *E* 2 sententiam] *V*, s***** $E^{a}$, sent $E^{b}$, sententiae **E* in adsimulatione (-nem *E*)] *VE*, inani simulatione *Gothofredus* conualescat *V*

decreta vel facta sunt, cum paganorum animi contra sanctissimam legem quibusdam sunt depravationibus excitati. DAT. XIII KAL. MART. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

---

*VE*

2 depronocationibus *E* dat. xiii (xiiii *E*) treū (*sic E*, triū *V*) ualentiniano et ualente aa. (*om. E*) *libri* *Claudius proconsul a. 369 Febr. 2 (12, 12, 6) magistratum videtur obtinuisse per a. 368 Febr. 17 (16, 2, 18) et Apr. 26 (13, 1, 8) et Dec. 1 (14, 3, 12)*

---

VI, 2, 19 (370 Oct. 17).

IDEM AA. MODESTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quicumque ex curialium natus genere ad clericatum venerit et praeiudicio sanguinis coeperit postulari, certi temporis definitione defendatur, ut, si in consortio clericatus decennium quietis impleverit, cum patrimonio suo in perpetuum habeatur inmunis, si vero intra finitos annos fuerit a curia revocatus, cum substantia sua functionibus subiaceat civitatis: observando hoc, ut hi, quos decennium vindicat, petitione superflua minime fatigentur. DAT. XVI KAL. NOV. HIERAP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

---

*VEYDO*

1 idem] impp. ualent et ualens *YDO* 2 praeiudicium *E* 3 quietis .... 4 perpetuum] fecerit *YDO* 4 inmunes *E* finitos] *VE*, praefinitos *YDO* a curia] ad curiam *O*, a curiale *YD* 5 sua *om. E* hoc obseruando *O* hii *E* 6 hierap. *V*, herapolim *E* 7 $\overline{aa}$] *V*, $\overline{cc}$ *E*, *om. YDO*. — *Propter annum vide ad 7, 16, 8. 11, 30, 35*

---

VI, 2, 20 (370 Iul. 30).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD DAMASVM EPISC(OPVM) VRBIS ROM(AE). Ecclesiastici aut ex ecclesiasticis vel qui continentium se volunt nomine nuncupari, viduarum ac pupillarum domos non adeant, sed publicis exterminentur iudiciis, si posthac eos adfines earum vel propinqui putaverint deferendos. Censemus etiam, ut memorati nihil de eius mulieris, cui se privatim sub praetextu religionis adiunxerint, liberalitate quacumque vel extremo iudicio possint adipisci et omne in tantum inefficax sit, quod alicui horum ab his fuerit derelictum, ut nec per subiectam personam valeant aliquid vel donatione vel testamento percipere. Quin etiam, si forte post admonitionem legis nostrae aliquid isdem eae feminae vel donatione vel extremo iudicio putaverint relinquendum, id fiscus usurpet. Ceterum si earum quid voluntate percipiunt, ad quarum successionem vel bona iure civili vel edicti beneficiis adiuvantur, capiant ut propinqui. LECTA IN ECCLESIIS ROM(AE) III KAL. AVG. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE III AA. CONSS.

---

*VEYDO. Cf. Marcianus nov. 5, 1.*

1 impp. ualentinianus et gratianus *YD*, impp. gratianus et ualentinianus *O* $\overline{aaa}$] $\overline{aa}$ *YD*, *om. O* damasum] damasum ppm. *E* urbis *om. O* 2 aeclesiastici *V* ex *om. E* aeclesiasticis *V* uel] aut *O* qui *om. Y*[a] se continentium *O* 3 pupillorum *YDO* domus *Y* adeant] eant *E* si *om. E* 4 posthec *E* eos] ad eos *Y*[a], *om. O* eorum *YDO* potauerint *E* defendendos *YDO* 6 omne in tantum] *scr.* in tantum omne 7 fuit *YD* nec] neque *YDO* 8 donatione] *V*[2]*YDO*, donationem *E*, donatio *V*[1] 9 hisdem *VY* eae] heae *E*, hae *YDO* donationem *E* 10 reliquendum *Y* earum quid (*Gothofredus*, qui *libri*) ... quarum] ad earum quarum uolunt. perc. *O* 11 successione *E* 12 ecclesia *O* iii (iiii *E*, *om. Y*) k. aug. *om. O* iii *om. YD*[2] (*sic*) *O*

---

VI, 2, 21 (371 Mai. 17).

IDEM AAA. AD AMPELIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Ii, qui ecclesiae iuge obsequium deputarunt, curiis habeantur inmunes, si tamen eos ante ortum imperii nostri ad cultum se

---

1 aa. *E* $\overline{pu}$] *V*, $\overline{ppm}$ *E* hii *VE* aeclesiae *V*

legis nostrae contulisse constiterit: ceteri revocentur, qui se post id tempus ecclesiasticis congregarunt. DAT. XVI KAL. IVN. GR(ATI)ANO A. II ET PROBO CONSS.

---

*VE*

1 aeclesiasticis *V*

---

XVI, 2, 22 (372 Dec. 1).

IDEM AAA. AD PAVLINVM PRAESIDEM EPIRI NOVAE. Forma praecedentis consulti etiam circa episcoporum virginumque personas et circa alias, quarum statuto praecedenti facta conplexio est, valeat ac porrigatur. DAT. KAL. DECEM(B). TREV(IRIS) MODESTO ET ARINTHAEO CONSS.

---

*VE*

1 epyri *V*, ephyri *E*   precidentis *E*ᵃ   3 triū *V*, treueris *E*   arintheo *VE*

---

XVI, 2, 23 [= BREV. XVI, 1, 3] (376 Mai. 17).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. ARTEMIO, EVRYDICO, APPIO, GERASIMO ET CETERIS EPISCOPIS. Qui mos est causarum civilium, idem in negotiis ecclesiasticis obtinendus est: ut, si qua sunt ex quibusdam dissensionibus levibusque delictis ad religionis observantiam pertinentia, locis suis et a suae dioeceseos synodis audiantur: exceptis, quae actio criminalis ab ordinariis extraordinariisque iudicibus aut inlustribus potestatibus audienda constituit. DAT. XVI KAL. IVN. TREV(IRIS) VALENTE V ET VAL(ENTINI)ANO I AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Quotiens ex qualibet re ad religionem pertinente inter clericos fuerit nata contentio, id specialiter observetur, ut convocatis ab episcopo dioecesanis praesbyteris, quae in contentionem venerint, iudicio terminentur. Sane si quit opponitur criminale, ad notitiam iudicis in civitate, qua agitur, deducatur, ut ipsius sententia vindicetur, quod probatur criminaliter fuisse conmissum.

---

*VW[incipit* 2 ecclesiasticis*]L*. — BREV. *(HNGYDO[om. int.] HINCMAR 2, 325 EXCPMS)*.

1 ualens] ualentinianus *HE*   et *om. O*   ualentinianus] ualens *HE*   artemio] antemio *H*, artemio epo (po *L*) *GL*   euridico *VLHYDO*, curidico *XPMS*, curydico *C*, euderico *N*, eoredico *E*, cordico *G*   apro *L*   1/2 gerasio *N*, cerasio *H*   2 mos est] more *L*, more est *H*, minores (?) *E*ᵛ   idem] id est *NG*   negotiis] n. his *N*   aeclesiasticis *V*, et lesiasticis *G*   3 obtinendus (-dos *WN*) est *(om. Y*¹*)*] *WL brev.*, obtinendi sunt *VE*   religiunes *W*   quae *Hincm.*   quibusdam dissessionibus *N*, quibusdam dissentionibus *L*, quibusdam discensionibus *H*, quibus dissensionibus *G*, quibus damnandis sensibus *E*   leuibusque] leuibus *G*   ad] ac *E*   3/4 legionis *X*, religionem *L*   4 obseruandam (-da *L*) *LXCPMS*   pertinentiam *LNGXCPMS*   et a (et a *VWL et rel.*, et ad *G*, ita *HNE*, a *XPMS*) suae (suis *L*, seae *X*, see *PM*) dioeceseos *(sic W*, dioceseos *V et plerique*, diocesios *PM*, disceseos *N*, diocaesiseos *G*] eos *(rel. om. in sp. vac.) C*   senodis *W*   audiatur *N*, audiantue *H*   5 acti *V*   extraordinariisque *om. G*   6 audienda] *WO*, audientia *VL brev.*   6/7 dat. xui (xu *YDO*, ui *N*) k. iun. (mā *G*) treu. (triū *V*, triuer̄ *W*, trium *N*) ual. u *(VWEYDOL, om. reliqui)* et ual. i *(sic W, om. rel.)* aa. (a. u *YD*, aa. u *O*) *libri*   8 rem *N*   regionem *N*   pertinentem *HNGY*ᵃ*EXPMS*   intra *S*   fuerint *P*ᵃ   9 ut] et *G*   diocesanis *Y*ᵃ*H*, diocisanis *G*, diocesaneis *Y*ᵇ, diocesianis *DECPMS*, dioeresanis *N*, dioecesaneis *Hincm.*   10 contentione *HNGXCPMS*, contentiones *E*   uenirent *XCPM*, uenerit *N*   terminetur *G XCPM*   criminaliter *C*   notitia *HXPMS*   11 ciuitatem *YD*   qua agitur (agetur *N*) *om. H*   probabitur *YD*

---

XVI, 2, 24 (377 Mart. 5).

IDEM AAA. AD CATAFRONIVM. Presbyteros diaconos subdiaconos adque exorcistas et lectores, ostiarios etiam ⌜et omnes perinde, qui primi sunt⌝,

IVST. ⌜ ⌝ *om.*

---

1 aa. *W*   castafronium *E*: *fortasse* vicarium Italiae   diaconus subd *W*

personalium munerum expertes esse praecipimus. DAT. III NON. MART. GR(ATI)ANO A. IIII ET MEROBAVDE V. C. CONSS.

*VWE.* — IVST. 1, 3, 6.

1/2 numerum' *W* grat. a. *(om. W)* iiii *(sic WE,* iii *V)* et merobaude (robaude*W*) uc *(sic W, om. VE) libri*

VI, 2, 25 (380 Febr. 27).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. Qui divinae legis sanctitatem aut nesciendo confundunt aut neglegendo violant et offendunt, sacrilegium committunt. DAT. III KAL. MART. THESSAL(ONICAE) GR(ATI)ANO A. V ET THEOD(OSIO) A. I CONSS.

*VWE.* — IVST. 9, 29, 1.

1 impp. *W* aa. *W* 2 confundunt] committunt *Iust. (Lat.)* uiulant *W* 3 dat. iii k. mart. thess. gr. a. *(om. WE)* u *(om. E)* et th. a. i (ā i *V*, i a *W*, i aa *E*) *libri*

VI, 2, 26 (381 Mart. 31).

IDEM AAA. AD TVSCIANVM COM(ITEM) ORIENTIS. Universos, quos constiterit custodes ecclesiarum esse vel sanctorum locorum ac religiosis obsequiis deservire, nullius adtemptationis molestiam sustinere decernimus. Quis enim eos capite censos patiatur esse devinctos, quos necessario intellegit supra memorato obsequio mancipatos? DAT. PRID. KAL. APRIL. CONSTANTI(NO)P(OLI) EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

*VWEYDO HINCMAR 2, 319 (inde cod. Casin. 522).*

1 idem aaa.] (aa. *W*): Valentinianus et Valens *Hincmar* commorientis *D* constituerit *E* costodes *W* 1/2 aeclesiarum *V* 2 esse uel sanctorum *om. E* 3 capite (kapite *W*) censos] *VW*, c. census *E*, capitis censu *YD*, censu capitis *O*: *fortasse scr.* capite censo 3/4 deuinctus *W* 4 intelligit *W* supera *E* mansipatus *E*ᵃ 5 const. *om. D*ᵃ euchirio *Y*

VI, 2, 27 (390 Iun. 21).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nulla nisi emensis sexaginta annis, ⌐cui votiva domi proles sit¬, secundum praeceptum apostoli ad diaconissarum consortium transferatur. || Tum filiis suis, curatore, si id aetas poscit, petito, bona sua idoneis sedula religione gerenda committat, ipsa tantum praediorum suorum reditus consequatur, de quibus servandi abalienandi donandi distrahendi relinquendi vel quoad superest vel cum in fata concedit et libera ei voluntas est, integra sit potestas. Nihil de monilibus et superlectili, nihil de auro argento ceterisque clarae domus insignibus sub religionis defensione consumat, sed universa integra in liberos proximosve vel in quoscumque alios arbitrii sui existimatione transcribat ac si quando diem obierit, nullam ecclesiam, nullum clericum, nullum pauperem scribat heredes. Careat namque necesse est viribus, si quid contra vetitum circa personas specialiter conprehensas fuerit a moriente confectum. Immo si quid ab his morienti fuerit extortum, nec tacito fideicommisso aliquid clericis in fraudem venerabilis sanctionis callida arte aut probrosa cuiuspiam coniventia deferatur; extorres sint ab omnibus quibus inhiaverant bonis. Et si quid forte per epistulam codicillum donationem testamentum, quolibet denique detegitur genere

IVST. ⌐ ¬ *om.* || *fin.*

1 aā *W* datiano *E* 2 emensi *E*, exemensis *W* sexaginta] quinquaginta *Iust. (deteriores propter Iustiniani nov. 6, 6)* anis *V*¹ 3 praeceptum apostoli] *Paulus I ad Timotheum 5, 9:* vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quae fuerit unius viri uxor 4 curatore si] *W*, curatores si *V*, curatores *E* possit petitos *E* 5 eonmettat *(sic) W* 6 ababienandi *V* quoad] a quo *E* 7 *fortasse* et lib. ei uol. et int. sit pot. 8 superlectili] *sic VW* 9 regionis *W* proximosue] *scripsi*, proximos *libri* 10 transscribat ac] *W*, transcribat *V*, transcripta hac *E* 11 aeclesiam *V* herésdes *E*ᵃ 12 conpraehensas *V*ᵇ, conpraehensa se *V*ᵃ 14 cuiuspia *V* 15 conhibentia *W*, cohibentia *VE* extorrens *E*, extorses *W* quibus] *VW*, *om. E* inhiaberant *E* 16 epistula *E*

conscribtum erga eos, quos hac sanctione submovimus, id nec in iudicium devocetur, sed vel ex intestato is, qui sibi competere intellegit, statuti huius definitione succedat, si quis se agnoscit filium, si quis probat propinquum, si quis denique vel casu vel iudicio, pro solido pro portione, heres legatarius fideicommissarius apertis deprehenditur codicillis, fruatur fortunae munere, conscientiae suae fructu et submotis his adque deiectis
1 in hereditariis corporibus potestate utatur heredis. Feminae, quae crinem suum contra divinas humanasque leges instinctu persuasae professionis absciderint, ab ecclesiae foribus arceantur. Non illis fas sit sacrata adire mysteria neque ullis supplicationibus mereantur veneranda omnibus altaria frequentare; adeo quidem, ut episcopus, tonso capite feminam si introire permiserit, deiectus loco etiam ipse cum huiusmodi contuberniis arceatur, ac non modo si fieri suaserit, verum etiam si hoc ab aliquibus exigi, factum denique esse quacumque ratione conpererit, nihil sibi intellegat opitulari. Hoc absque dubio emendandis pro lege erit, emendatis pro consuetudine, ut illi habeant testimonium, isti incipiant timere iudicium. DAT. XI KAL. IVL. MED(IOLANO) VALENTINIANO A. IIII ET NEOTERIO V̄. C̄. CONSS.

*VWE.* — IVST. 1, 3, 9. — *Cf. Sozomenus hist. eccl. 7, 16; Marcianus nov. 5, 1.*

1 sancione *W* nec in indicium] *W*, nec iudicium *V*, nec in iudicio *E* 2 uel ex intestato is] *VW*, uel ex testatis *E*: *fortasse scr.* vel ex intestato vel ex testamento is conpigere *E* statui *E* 3 si quis pr. propinquum *om. E* deneque *W* 4 legaturius *E*[a], legatarios *W* depraehenditur *V*, depraihenditur *W* 5 furtunae *WE* fructum *E* 6 in *om. V*[a] heredes *E* crimen *E* contra] cont(?) *W* 7 legis instincto *W* abscinderint *E* aeclesiae *V* 8 adire] *WE*, adita *V* 9 adeo] ideo *V* 11 feri *E*[a] 12 deneque *W* conpererit] *VE*, conperit *W*, *expectes* comprobauerit 13 lege erit] legerit *W* 15 neotherio *VE* ūc] *W*, *om. VE*

XVI, 2, 28 (390 Aug. 23).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Legem, quae de diaconissis vel viduis nuper est promulgata, ne quis videlicet clericus neve sub ecclesiae nomine mancipia superlectilem praedam velut infirmi sexus dispoliator invaderet et remotis adfinibus ac propinquis ipse sub praetextu catholicae disciplinae se ageret viventis heredem, eatenus animadvertat esse revocatam, ut de omnium chartis, si iam nota est, auferatur neque quisquam aut litigator ea sibi utendum aut iudex noverit exequendum. DAT. X KAL. SEPTEMB. VERONAE VALENTINIANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

*VWE. Cf. Marcianus nov. 5, 1.*

1 de] *W*, *om. VE* 2 nuper] nup *W* aeclesiae *V* nomine] *scr.* nomine alius 3 superlectilem] *sic V*, su•••le•••lem *W* praedam] *fortasse* praedia ueluti infimius exudis spoliator *E* 4 ageret] *W*, agere *VE* 5 reuocatum *E* chartis] *E*, cartis *V*, carthis *W* nota] *scr.* notata 7 neoterio] *E*, neotherio *V*, neot•••• *W*

XVI, 2, 29 (395 Mart. 23).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. HIERIO VIC(ARIO) AFRIC(AE). Quaecumque a parentibus nostris diversis sunt statuta temporibus, manere inviolata adque incorrupta circa sacrosanctas ecclesias praecipimus. Nihil igitur a privilegiis immutetur omnibusque, qui ecclesiis serviunt, tuitio deferatur, quia temporibus nostris addi potius reverentiae cupimus quam ex his quae olim praestita sunt immutari. DAT. X KAL. APRIL. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*VW[finit 3 nihil] YDO HINCMAR 2, 319 (inde cod. Casin. 522).*

1 honorio *E* aa. *om. YDO* higerio *D* quacumque *E* 2 diuersi *EY*[a] stat. sunt *O* 3 sacras sanctas *E*, sanctas *O* aeclesias *V* omnibusque] omnibus quibus *Y*[b]*D*[b]: *fortasse scr.* omnibusque omnium 4 aeclesiis *V* tutio *Y*[a], uitio *E* deferantur *E* quia] qui *E* reuerentiam *O* 5 praestituta *EQ* med. *VYD*, rauennae *Q*

VI, 2, 30 (397 Ian. 31).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Non novum aliquid praesenti sanctione praecipimus, quam illa, quae olim videntur indulta, firmamus. Privilegia igitur, quae olim reverentia religionis obtinuit, mutilari sub poenae etiam interminatione prohibemus, ita ut hi quoque, qui ecclesiae obtemperant, his, quibus ecclesia, beneficiis perfruantur. DAT. PRID. KAL. FEB. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*VEYDO HINCMAR 2, 319 (inde cod. Casin. 522).* — GEMINA (?) 11, 16, 22.

1 non] non tam *YDO recte* 2 quae] que *V* 3 reuentia *V* mutilare *Y*ᵃ*D*ᵃ · etiam sub paenae *O* 4 hii *E* aeclesiae *V*, ecclesiam *E* his quibus ecclesia (aeclesia *V*, ecclesiae *E*)] his quibus cautum est *gem.*, ipsius *YDO Hincm.* 5 prid.] iii *YDO* med.] *VYD*, mediol *E*, mediolanio *O* attico] tico *Y*¹

VI, 2, 31 (398 Apr. 25 [409 Ian. 13]).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in ecclesias catholicas inruens sacerdotibus et ministris vel ipsi cultui locoque aliquid inportet iniuriae, quod geritur ⌜litteris ordinum, magistratuum et curatorum et notoriis apparitorum, quos stationarios appellant, deferatur in notitiam potestatum, ita ut vocabula eorum, qui agnosci potuerint, declarentur. Et si per multitudinem commissum dicetur, si non omnes, possunt tamen aliquanti cognosci, quorum confessione sociorum nomina publicentur⌝. Adque ita provinciae moderator sacerdotum et catholicae ecclesiae ministrorum, loci quoque ipsius et divini cultus iniuriam capitali in convictos sive confessos reos sententia noverit vindicandam nec expectet, ut episcopus iniuriae propriae ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi ⌜solam⌝ gloriam dereliquit. Sitque cunctis ⌜non solum liberum, sed et⌝ laudabile factas atroces sacerdotibus aut ministris iniurias veluti publicum crimen persequi ac de talibus reis ultionem mereri. Quod si multitudo violenta civilis apparitionis executione et adminiculo ordinum possessorumve non potuerit praesentari, quod se armis aut locorum difficultate tueatur, ⌜iudices Africani armatae apparitionis praesidium, datis ad virum

IVST.

⌜litteris . . . 11 publicentur⌝] ⌜a prouinciae rectoribus animaduertatur⌝

⌜ ⌝ *om.*

⌜ ⌝ *om.*

⌜praesides provinciarum etiam militari auxilio per publicas litteras appetito com-

1 th. ppo.] eidem preposito *O* quis] quisquam *Sirm.* 2 ut *om. E* aeclesias *V* 3 ipsi] *Sirmondiana et inde O*, ipso *VEYD Hincm.*, in ipso *Iust.* cultui] cultu (*vel* -to) *Iust.* aliquod *V* 4 iuriae *V*¹ geretur *Sirm.* 5 magistratum *E* curatorum] curatoris *Sirm.* notoriis] *V*, notariis *EYDO Hincm. Sirm.* 7 notitia *E* 9 dicitur *YDO Hincm. Sirm.* 11/12 prouintii *E*ᵃ 12/13 aeclesiae *V*, *om. Sirm.* 13 quoque loci *YDO* 14 conuictos] quouictos *E* siue] uel *Sirm.* 15 uindicandam] *V Sirm. Iust. (RM*ᵇ*)*, uindicandum *EYDO Iust. (rel.)* 17 sanctitas] sacerdotis sanctitatis *Sirm.* ignoscendi solam] *Sirm.*, solam ignoscendi *O ex Sirmondiana*, ignoscendi (*om.* solam) *Iust. ex coni.*, ignoscendi soli *VEYD* 18 derelinquit *Sirm.* 19 et] *VEO*, etiam *Sirm. YD Hincm.* laudabilem *E* 19/20 sacerdotibus uel ministris atroces *Sirm.* 20 iniuriam *E* uelut crimen publicum *Sirm. Iust. (PL)* 21 ultione *E* quod] et *Sirm.* 22 uiolentia *YD* ciuilis] *reliqui et Hincm.*, ac ciuilis *YDO* 24 armis] agris *Sirm.* aut] ac *YDO* 24/25 difficultate locorum *O*, l. difficultatibus *Hincm.* 25 tueantur *Sirm.*, ueatur *E* africani *om. Hincm.* 25/26 armatae *om. E*

spectabilem com(item) Afric(ae) litteris, praelato legis istius tenore deposcant, ut rei talium criminum non evadant˺. DAT. VII KAL. MAI. MED(IOLANO) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

petentem vindictam tali excessui imponere non morentur˺ *fin.*

*V (cum Solms.) EYDO HINCMAR 2, 319.* — IVST. 1, 3, 10. — SIRM. 14 *integre.*

2 deposcent *Sirm.* 3 euadat $Y^{a}$ dat. uii (ui *Iust. [Greg. PL]*, uiii *Iust. [Ambr.]*) k. mai. (mart. *YDO*) med. hon. a. (*om. V*) iiii (iii *VYDO*) et eut. *libri*, dat. xuiii k. febr. dd. nn. hon. uiiii et theod. u aa. conss. *Sirm.*, *qui dies emendandus est ad 16, 5, 46, ubi vide. Ceterum dies potius ex exemplari integro petendus est quam ex epitoma hac, in quam nescio quo errore dies translatus est ex constitutione 14, 3, 20 data ad eundem Theodorum*

XVI, 2, 32 (398 [?] Iul. 26).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quos forte episcopi deesse sibi clericos arbitrantur, ex monachorum numero rectius ordinabunt, non obnoxios publicis privatisque rationibus cum invidia teneant, sed habeant iam probatos. DAT. VII KAL. AVG. HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

*VE.* — Cf. 9, 40, 16, 2.

1 aaa. *E* 3 iam] etiam *E* 3/4 horio *E* 4 ethiciano *E.* — *Subscriptio parum convenit cum nomine praefecti (vide ad 3, 12, 3)*

XVI, 2, 33 (398 Iul. 27).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ecclesiis, quae in possessionibus, ut adsolet, diversorum, vicis etiam vel quibuslibet locis sunt constitutae, clerici non ex alia possessione vel vico, sed ex eo, ubi ecclesiam esse constiterit, ˹eatenus˺ ordinentur, ut propriae capitationis onus ac sarcinam recognoscant, ita ut pro magnitudine vel celebritate uniuscuiusque vici ecclesiis certus iudicio episcopi clericorum numerus ordinetur. DAT. VI KAL. AVG. MNIZO HONO(RIO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

˹*om.*˺ IVST.

*VE.* — IVST. 1, 3, 11.

1 p̄p̄ō] p̄p̄c *E* aeclesiis *V* 2 uices *E* 3 uicos *E* ubi] ui $E^{a}$, uico $E^{b}E^{*}$ aeclesiam *V* 4 capitationes *V* uel *om. E* 5 aeclesiis *V* 5/6 dat. ui (*E cum iunctis,* iii *V*) kal. aug. mnizo (*iunctae,* minizo *V*, nizo *E*) hon. a. iiii (*om. V*) et eut. *libri*

XVI, 2, 34 (399 Iun. 25).

IDEM AA. SAPIDIANO VIC(ARIO) AFRIC(AE). Si ecclesiae venerabilis privilegia cuiusquam fuerint vel temeritate violata vel dissimulatione neglecta, commissum quinque librarum auri, ˹sicut etiam prius constitutum est˺, condemnatione plectatur. || Si quid igitur contra ecclesias vel clericos per obreptionem vel ab haereticis vel ab huiuscemodi hominibus fuerit contra leges impetratum, huius sanctionis auctoritate vacuamus. DAT. VII KAL. IVL. BRIXIAE THEODORO V̄. C̄. CONS.

IVST. ˹ ˺ *om.* || *fin.*

*V (cum Solms.) EYDO HINCMAR 2, 320 (inde cod. Casin. 522).* — IVST. 1, 3, 13.

1 aeclesiae *V* 3 constitum *Y* 3/4 plectetur *Iust.* 4 contra ecclesias (aeclesias *V*) uel clericos] ecclesiis uel clericis *YDO* 5 hereticis *V* huiusmodi *E* fuerat *YDO* legis $E^{a}Y^{1}$ imperatum *O* huic sanctio sanctiones (-ne $E^{a}$) *E* 6 uacuamus] dempnetur $E^{b}$, *inc.* $E^{a}$ dat. uii (ui *Iust. [PL]*) k. iul. brixiae (brxiae *[sic] V*, brixia et *YD*, brixa et *Iust. [Ambr.]*) theodoro (theodosio *YDO*) uc (uic *E*, augusto *O*, *om. YD*) cons. (conss. *V*) *libri*

XVI, 2, 35 [= BREV. XVI, 1, 4] (400 [405] Febr. 4).

IDEM AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quicumque residentibus sacerdotibus fuerit episcopali loco detrusus et nomine, si aliquid vel contra custodiam vel contra

1 idem] *VEYD*, impp. arc. et hon. *brev. praeter NEYDO*, impp. hon. et (*om.* $N^{a}$) arc. *N*, impp. arc. hon. theod. *O*, impp. Valens Gratianus et Valentinianus *Hincmar* āāā *YD* hadriano p̄p̄ō] ariano philippo *G* quecumque *H* sacerdotibus *bis H* 2 locum *L* detrusus] retrussus *L*, *post* nomine *Iust.* et] est *G* numine *S* aliquid uel] aliquid *LOXCPMS Iust. (RM)* custodiam] sententiam *Sirm. et inde O* contra *om. O*

quietem publicam moliri fuerit deprehensus rursusque sacerdotium petere, a quo videtur expulsus, procul ab ea urbe quam ⌜infecit secundum legem divae memoriae Gratiani⌝ centum milibus vitam agat. ⌈ Sit ab eorum coetibus separatus, a quorum est societate discretus, sitque huiusmodi personis inlicitum tenore sacra nostra adire secreta et impetrare rescribta. Omnibus abiectis per culpam sacerdotio personis quae impetrata sunt infecta permaneant, scituris his, quorum defensione nituntur, absque sui reprehensione non futurum, si hoc eis pollicentur suffragium, qui divinum non videntur meruisse iudicium. DAT. PRID. NON. FEB. RAV(ENNAE) STILICHONE II CONS.

IVST.
⌜conturbauit⌝
⌈ nec nostra adeat secreta nec impetrare rescripta speret, sed etiam impetratis careat, defensoribus etiam eorum indignationem subituris *fin.*

Haec lex interpretatione non indiget.

*VL.* — BREV. *(HNGYDO [hic quae addit, indicabuntur ad Sirm. 2] HINCMAR 2, 710 EXCPMS).* — IVST. 1, 3, 14. — SIRM. 2 *integra.*

1 publicam *post* custodiam *YD Hincm., om. Sirm. et inde O* moliri] mulieri *L* depraehensus *V* rursus *om. M* 2 petere a quo] preterea quod (quo $E^t$ *et Iust. [Ambr.]*) *HNE*$^t$ *Iust. (C Ambr.)*, pertinere a quo *S* ea *om. Y D Hincm. S* urbem *L* 3 infecit] indignus infecit *O*, fecit *E* legem *om.* $P^a$*S* 4 uita *N* superatus *N* 5 decretus *E* sitque] sit *O* huiuscemodi *EYD* personam *H* 6 inlicitum *post* legis *O* tenore (tenere *GS*)] *sic libri tam VL quam omnes brev. (praeter YDO Hincm. interpolatos ex exemplo Sirmondiano integro)*, tenore huius legis *Sirm. O Hincm.*, huius legis tenore *YD* 6/7 rescripta] scripta *EYD Hincm. NX* 7 abiectis] $V^2$ *et rel.*, abectis $V^1$, adiectis *LEPMS*, obiectis *H* per culpam (pro culpa *L*) sacerdotio (-tium *LXCP M*, -tum *G*, -tis *S*)] sac. p. c. *O* 8 quae] quaeque *E* inpetratata *X* sunt infecta] sunt (*om.* infecta) *Sirm. errore*, *om. O* scituri *LXCPMS* his] i *S* quorum] curum *L* 9 defensioni *YD* nititur *H*, nitur *L* abque *L* 10 si] sic *H* hoc *om. O* publicentur *N* uidentur *post* metuisse *O* 11 meruisse] metuisse *YDO* iuditio *L* 11/12 dat. prid. non. feb. rau. *(sic Sirm. V EYDOHXC, om. NGPMS)* stilichone (stilicone *HNPMS*, stillicone *CX*) et aureliano (auriliano *VYDNPS*, mauricio *L*, auer *Iust. [Ambros.]*)] *sic libri omnes tam VL quam brev. (praeter O) et Iust. [Ambros.]*, stillicone secundo consule *(id est a. 405) Sirm. et inde O: propter annum vide ad 2, 8, 24* 13 haec lex (h. l. *om. PM*) interpretatione (-tionem *N*, -tio *S*, expositionem *E*) non indiget (eget *NPYD*, egit *E*) *om. L*

I, 2, 36 (401 Iul. 14).

IDEM AA. POMPEIANO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Quicumque catholicae religionis clerici intra eum modum, unde victus emendi vendendique usum lege praefinitum exercent, ab auraria pensione habeantur inmunes.
1 Ab his quoque, quos a publici laboris actu et gradus clericatus et, quod non minus est, sanctior vita defendit, praecipimus temperari. Nec enim ullum eorum, qui excepti legibus probabuntur, subiacere patiamur iniuriae. ET CETERA. DAT. PRID. ID. IVL. MED(IOLANO) POST CONS. STILICHONIS ET AVRELIANI V̄V̄. C̄C̄.

*VEYDO*

1 proconsuli] pū *V* relig. cathol. *O* 2 intra eum *(om. O)* modum (modo *E*) *post* usus *O* uendendiue *YD* legem *E* 3/4 auctu *YD* 4 uitam *E* 5 exceptis *E* probantur *YDO* patiantur *E*, patimur *YDO* iniuria *E* 6 dat. prid. id. iul. med. post *(om. E)* cons. *(om. E)* stilichonis (stilliconis *YD*) et aureliani (auriliani *YD*, aureliano *V*) uucc (uic coñs *YD*, *om. EO*) *libri*

I, 2, 37 (404 Aug. 29).

IDEM AA. STVDIO P(RAEFECTO) V(RBI). Quoniam personae ad inquisitionem perpetrati incendii, ut tui culminis suggestio patefecit, nequeunt inveniri, clericos carceris custodia relaxamus, ita ut navibus inpositi ad lares proprios revertantur. Nec proscribtionis periculo domus careant, quas episcopos vel clericos peregrinos post publicationem

IVST.
Conventicula illicita extra ecclesiam in privatis aedi-

2 preficit *E* nequeant *E* 3 ita] id *E* 4 domos *E*

edictorum et nostrae serenitatis adfatus probabitur suscepisse, pari forma servanda, si qua domus cives clericos nova ac tumultuosa conventicula extra ecclesiam celebrantes susceperit. Ad obserandos si quidem seditionis aditus id nostro sedet arbitrio, ut omnes episcopi et clerici peregrini ab hac sacratissima urbe pellantur. DAT. IIII KAL. SEPT. CONSTANT(INO)P(OLI) HONORIO A. VI ET ARISTAENETO CONSS.

**bus celebrari prohibemus, proscriptionis domus periculo imminente, si dominus eius in ea clericos nova ac tumultuosa conventicula extra ecclesiam celebrantes susceperit.**

*VE.* — IVST. 1, 3, 15.

2 seruando *E* domos *E* ciues] *scr.* ciuis 3 tumutuosa *E*ª eclesiam *(sic) V* 4 obserandos] *Gothofredus*, obseruandos *VE* | 5 nostro sedit *V*, nostros det *E* 6/7 dat. iiii (iii *Iust. [PL]*) k. sept. const. hon. a. *(om. V)* ui (uii *V*) et aristeneto *libri*

XVI, 2, 38 (407 Nov. 15).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. PORFYRIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). POST ALIA: Privilegia, quae ecclesiis et clericis legum decrevit auctoritas, hac quoque praeceptione sancta et inviolata permanere decernimus. Adque hoc ipsis praecipuum ac singulare deferimus, ut, quaecumque de nobis ad ecclesiam tantum pertinentia specialiter fuerint impetrata, non per coronatos, sed ab advocatis eorum arbitratu et iudicibus innotescant et sortiantur effectum. Sacerdotes vero provinciae erunt solliciti, ne sub hac scilicet privilegii excusatione etiam contra eorum utilitatem aliquid his inferatur incommodum. DAT. XVII KAL. DEC. ROM(AE) HONOR(IO) VII ET THEOD(OSIO) II AA. CONSS.

*V (cum Solms.) EYDO HINCMAR 2, 328.* — *Scholia Vaticana:* **superioribus similis, sed hoc plus habet, ut, si qua sunt *(sic)*, non per clericos, sed per scholasticos insinuentur, ut non solum intra civitatem hoc sacramentum legis, sed etiam per provinciam *(sic)*.**

1 idem augusti *O* proconsuli] *E*, pū *V*, cons̄ *YD*, consulari *O* 2 alia] tali *S* quae] que *V* aeclesiis *V* legem *E* decreuit] *E*, decernit *V YDO Hincm.* 4 singularem *V* aeclesiam *V* pertinentium *YD Hincm.* 5 impetrata *om. E* ab aduocatis] *V*, ab aduocatos *E*, per aduocatos *YDO Hincm.* 5/6 innotescat *YDO Hincm.* 6 sortiatur *YDO Hincm.* effectu *E* 7 priuilegiis *E* utilitate *E* inferantur *E* 7/8 incommodum] *scr.* incommodi 8 dat. xuii (*sic E*, uii *V*, xiiii *YDO)* k. dec. (*sic V*, sept. *E*, apr. *YDO)* rom. hon. uii et th. ii aa. (a. *YD*, *om. O*) *libri*

XVI, 2, 39 [= BREV. XVI, 1, 5] (408 Nov. 27).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O II. Quemcumque clericum indignum officio suo episcopus iudicaverit et ab ecclesiae ministerio segregaverit, aut si qui professum sacrae religionis sponte dereliquerit, continuo eum curia sibi vindicet, ut liber illi ultra ad ecclesiam recursus esse non possit et pro hominum qualitate et quantitate patrimonii vel ordini suo vel collegio civitatis adiungatur: modo ut quibuscumque apti erunt publicis necessitatibus obligentur, ita ut conludio quoque locus non sit. Per singulos igitur binae librae auri inferendae aerario nostro a decem primis curialibus exigantur, si aliquibus inlicitam coniventiam et colludia foeda praestiterint hominibusque

1 idem āa] *VEO*, id. aaa. *YD*, impp. arc. (et *ins. N*) hon. et theod. aaa. *LHNGXCPMS*, impp. arcadius et honorius *Sirm.*: *requiritur* impp. Honorius et Theodosius th. pfu *G*, teudoro pfpo *XC*, philippo *O*, *om. L* ii] *XC cum Sirm.*, *om. reliqui* quicumque *NE*, quemque *H*ª 2 suo *om. H*ª et *om. VE* aeclesiae *V* ministeria *E*, ministerium *S* si *om. Sirm.* qui] quis *YDG Sirm.*, quid *S* professus *G* 3 religionis] *sic libri omnes*, religionis obsequium *Sirmondiana recte omnino* derelinquerit *X*, deliquerit *N*, reliquerit *H* eum curia sibi] *NGEXCPMS Sirm.*, s. e. c. *V*, e. s. c. *HO* ut] et ut *G* liber] liberum *H* 4 illius *G* aeclesiam *V* posset *N* pro] non pro *E*² qualitatem *E* et] uel *Sirm.* quantitatem *E* 5 ordine *N* adiungantur *H* modo ut] et *Q* 5/6 apti erunt] *YDGCPM Sirm.*, apti erint *V*, adpetierint *H*, apetierunt *X*, adpetierunt *NE*, aptus erit *O*, obtinuerunt *S* 6 obligetur *O* per] ut per *Sirm.* 7 igitur *om. Sirm.* a decem primis] eadem primis *H* culiaribus *H* 8 aliquibus] a quibus *XC*, alicui *Sirm.* illicita *G* conibentiam (-tia *G*) *GPM*, cohibentiam *HEC*, conhibentiam *VYDNXS* colludia] *sic V* perstiterint *PM* hominibusque] omnisque hominibus *Sirm.*

inprobissimis ab omnibus officiis militiae aditus obstruatur. DAT. V KAL. DEC. RAV(ENNAE) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

**INTERPRETATIO.** Quemcumque clericum episcopus suus malae vitae esse probaverit et eum de gradu suo pro morum pravitate deiecerit, vel si ipse clericus sua voluntate professionem reliquerit clericatus, continuo a iudice curialibus adiungatur, ut, si ita et natalibus et facultatibus est idoneus, eum inter ipsos curiales officium suum inplere conpellat. Si autem infima persona est, inter collegiatos eum observare, vel ad quod aptus fuerit, in publico servire lex ista constituit, ita ut huiusmodi personae a curialibus quolibet conludio nullatenus excusentur. Quod si factum fuerit, pro singulis personis curiales binas libras auri fisco a se noverint inferendas.

*VL[om. text.].* — BREV. *(HNGYD[om. text.]O[om. int.]EXCPMS).* — SIRM. 9 *integra.*

1 mil. off. *O* ad. obstr.] de aditu obseruantur *G* 1/2 dat. u *(sic Sirm.*, x *PMS, om. reliqui)* k. dec. rau. *(om. VEY*ᵃ*O)* basso (basio *Y*, basilio *N*) et ph. *libri* 4 grado *XPM* suos *LNE*, suum *S* modum grauitate disiecerit *H* 5 relinquerit *X* a] ad *X* ut] et *G* ita et] in *L* 6 eum] et eum *H*, cum *N* suum *om. L(?)* infi*ma *N*, infirma *Y* 7 colligatos *LNE* eum] se *N* ad quod] *Y DEHG*, quod *LNXCPMS*, ad quae *edd.* 8 ista] sta *H* a *om. LYD* curiliabus *S* quodlibet *G* excusetur *L* 9 pro] per *X* fisco a se] fisco se *HG*, se fisco *N*, firmasse *S*

I, 2, 40 (412 Mai. 25).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. MELITIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Placet rationabilis consilii tenore perpenso destricta moderatione praescribere, a quibus specialiter necessitatibus ecclesiae urbium singularum habeantur inmunes. Prima quippe illius usurpationis contumelia depellenda est, ne praedia usibus caelestium secretorum ⌜dicata⌝ sordidorum munerum fasce vexentur. ‖ Nullam iugationem, quae talium privilegiorum sorte gratulatur, muniendi itineris constringat iniuria; ‖ nihil extraordinarium ab hac superindicticiumve flagitetur; ⌜nulla pontium instauratio⌝, nulla translationum sollicitudo gignatur; ⌜non aurum ceteraque talia poscantur⌝. Postremo nihil, praeter canonicam inlationem, quod adventiciae necessitatis sarcina repentina depoposcerit, eius functionibus adscribatur. Si quis contra venerit, post debitae ultionis acrimoniam, quae erga sacrilegos iure promenda est, exilio perpetuae deportationis uratur. DAT. VIII KAL. IVN. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS.

IVST.
⌜dedicata⌝
‖ *fin.*
‖ *redit*
⌜n. p. i.⌝ *om.*
⌜non ... poscantur⌝ *om.*

*VEYDO.* — IVST. 1, 2, 5. — SIRM. 11 *integra.*

1 militio *EYDO* ppo] preposito *O* 1/2 rationalis *YDO* 2 districta *Y*ᵇ*O Iust.*, districtam *E* moderationem *E* perscribere *Iust.* 3 aeclesiae *V* primo *Sirm.* 4 deuellanda *D* 5 fasce] *E Sirm.*, face *V*¹, faece *V*²*YDO Iust.* 6 nullam] nulla *libri et Sirm.* iugationem] *Sirm. YD*, iugatione *VE*, eos iurgatione *O* quae (que *V*ᵃ) t. pr. s. gratulatur] t. pr. s. gratulantur *Sirm.* 7 iniuriam *E* 8 hac] his *O* superindicticiumue] *VY*ᵇ*E*, superindictiumue *Y*ᵃ, superindicium uel *Iust. (C)*, superindiciumue *D*ᵇ, superindicumue *D*ᵃ, uel superindicium *Sirm.* fatigetur *V* 11 inlationum *V* quod] *ante* praeter *Sirm.*, quam *Iust.* sarcinam *V* 12 eius] eorum *O* si quis contra uenerit] *aliter Sirm.* uenerit] uenire temptauerit *O* 13 acrimonia *VE* 14 iuratur *V*, utantur *Sirm.* dat. uiii (uiiii *Iust. [C]*) k. iun. *(VEYD Iust. [C]*, iul. *Sirm.*, ian. *O)* rau. hon. uiiii et th. u (iiii *Sirm.*) aa. *(ante* iiii *Sirm.) libri*

I, 2, 41 (412 Dec. 11).

IDEM AA. MELITIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Clericos non nisi aput episcopos accusari convenit. Igitur si episcopus vel presbyter, diaconus et quicumque inferioris loci Christianae legis minister aput episcopos, si quidem alibi non oportet, a qualibet persona fuerint

1 militio *E*, melitiano *O*, meliciano *YD* 1/2 conuenit accusari *Sirm.* igitur] *pro his alia Sirm.* 3 episcopos] *EYDO Hincm. 785 Sirm.*, episcopum *V Hincm. 326* si quidem alibi] solum non ab alio *Sirm.*

accusati, sive ille sublimis vir honoris sive ullius alterius dignitatis, qui hoc genus laudabilis intentionis arripiet, noverit docenda probationibus, monstranda documentis se debere inferre. Si quis ergo circa huiusmodi personas non probanda detulerit, auctoritate huius sanctionis intellegat se iacturae famae propriae subiacere, ut damno pudoris, existimationis dispendio discat sibi alienae verecundiae inpune insidiari saltem de cetero non licere. Nam sicut episcopos presbyteros diaconos ceterosque, si his obiecta conprobari potuerint, maculatos ab ecclesia venerabili aequum est removeri, ut contempti post haec et miserae humilitatis inclinati despectu iniuriarum non habeant actionem, ita similis videri debet iustitiae, quod adpetitae innocentiae moderatam deferri iussimus ultionem. Ideoque huiusmodi dumtaxat causas episcopi sub testificatione multorum actis audire debebunt. DAT. III ID. DEC. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*VEYDO HINCMAR 2, 326. 785. — SIRM. 15 integra, sed finit* 850, 3 personas.

1 ullius] cuiuslibet *Sirm.* 1/2 laudabilis] *V EY*[a], inlaudabilis *Y*[b]*DO Hincm.*, miserandae *Sirm.* 2 arripiat *Sirm.*, arripuerit *Y*[2]*D*[2] 3 inferre] deferre *Sirm.* ergo] igitur *Sirm.* circa] contra *YDO Hincm.* 4 famae] formae *E* 4/5 existimationis] *VEO*, existimationisque *YD* 5 discant *E* saltim *EO* de cetero] dicere *YD, om. O* non] no *E* 6 licire *E*[a] sicut] si *E* episcopos] ab episcopo *YDO* 6/7 potuerint conprobari *EYD*, probauerint *O* 7 aeclesia *V* contemptio *V* haec] hac *YDO* 8 humilitatis] *EYD Sirm.*, utilitatis *V*, calamitatis *O* despectui *O* 9 debeant *E* quod adpetitae] *YD*, quo apetitae *E*[a], quo appetitae *E*[b]*O*, quod petitae *V* 10 causas dumtaxat *malim* ideque *Y*[a] 11 iii id.] *VYDO*, id. *E*

XVI, 2, 42 (416 Sept. 29).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quia inter cetera Alexandrinae legationis
inutilia hoc etiam decretis scribtum est, ut reverentissimus episcopus de Alexandrina
civitate aliquas . . . . . . . . non exire, quod quidem terrore eorum,
qui parabalani nuncupantur, legationi insertum est, || placet nostrae
clementiae, ut nihil commune clerici cum publicis ⌜actibus⌝ vel ad
1 curiam pertinentibus ⌈ habeant. Praeterea ⌜eos⌝, qui parabalani
vocantur || non plus quam quingentos esse praecipimus, ita ut non
divites et qui hunc locum redimant, sed pauperes a corporatis pro
rata Alexandrini populi praebeantur, eorum nominibus viro spectabili praefecto Augustali videlicet intimatis et per eum ad vestram
2 magnitudinem referendis. Quibus || neque ad quodlibet publicum
spectaculum neque ad curiae locum neque ad iudicium adcedendi
licentiam permittimus, nisi forte singuli ob causas proprias et necessitates iudicem adierint, aliquem lite pulsantes vel ab alio ipsi
pulsati vel in communi totius corporis causa syndico ordinato, sub
ea definitione, ut, si quis eorum haec violaverit, et brevibus parabalani eximatur et conpetenti supplicio subiugetur nec umquam ad
3 eandem sollicitudinem revertatur. || Loco autem mortuorum viro
spectabili p(rae)f(ecto) Augustali subrogandi dedimus potestatem
sub ea condicione, quae superius designatur. DAT. III KAL. OCTOB. CONSTANT(INO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

IVST.
|| *inc.*
⌜actionibus⌝
⌈ cuius corpori non sunt adnexi ⌜eis⌝ || *finit*
|| *redit*
|| *fin.*

*VE.* — IVST. 1, 3, 17.

3 aliquas (-quos *E*) non exire] *VE*, aliquo non exiret *Gothofredus*, *exciderunt quaedam inter* aliquas *et* non exire 4 parabalani] *V*, parabaiani *E*: *sic scribendum esse, non* parabolani, *ut voluerunt Gothofredus et Ducangius, tam Theodosiani libri quam Iustiniani ostendunt firmatque locus adlatus a Ducangio ex concilio Calchedonensi act. 1 (Mansi 6 p. 828): εἰσέτρεχον γὰρ εἰς τὴν ἐκκλησίαν στρατιῶται μετὰ ὅπλων καὶ εἰσήκεσαν οἱ μονάζοντες μετὰ Βαρσουμᾶ καὶ οἱ παραβαλανεῖς καὶ πλῆθος ἄλλο πολύ. Aliam formam finientem in* -nin, *ad quam ducunt libri Iustiniani, reliqui testes non agnoscunt excepto fortasse uno loco Th. 16, 2, 43, 11* 5 clerici cum] clrm (= clericum) *E* 6 parabalani] *V Iust. (C)*, parabaiani *E*, parabolanin *Iust. (LR)* 7 precepimus *E* 8 redemant *E* 9/10 expectabili *E* 11 referendis] *Beck*, referentes *VE* quolibet *E* 14 aliquam litem *E* 15 causas indicio *E* 16/17 parabalani] *V Iust. (M*[b]*)*, parabaiani *E*, parabalanin (*vel* parabolanin) *Iust. (rel.)* 17 existimatur *E* 19 augustali *(sic) V* 20 condicicione *V* iii] viii *Iust. (PL)* 21 uii] ui *E* paladio *E*

XVI, 2, 43 (418 Febr. 3).

IVST. || *finit* || *redit*

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Parabalani, qui ad curanda debilium aegra corpora deputantur, || quingentos esse ante praecepimus. Sed quia hos minus sufficere in praesenti cognovimus, pro quingentis || sescentos constitui praecipimus, ita ut pro arbitrio viri reverentissimi antistitis Alexandrinae urbis de his, qui ante fuerant et qui pro consuetudine curandi gerunt experientiam, sescenti parabalani ad huiusmodi sollicitudinem eligantur, exceptis videlicet honoratis et curialibus. Si qui autem ex his naturali sorte fuerit absumptus, alter in eius locum pro voluntate eiusdem sacerdotis exceptis honoratis et curialibus subrogetur; ita ut hi sescenti viri reverentissimi sacerdotis praeceptis ac dispositionibus obsecundent et sub eius cura consistant: reliquis, quae dudum latae legis forma conplectitur super isdem parabalanis vel de spectaculis vel de iudiciis ceterisque, sicut iam statutum est, custodiendis. DAT. III NON. FEB. CONSTANT(INO)P(OLI) HONOR(IO) XII ET THEOD(OSIO) VIII AA. CONSS.

*VE.* — IVST. 1, 3, 18.

1 parabalani] *V Iust. (C)*, parabaiani *E*, parabolanin *Iust.* ($M^a$) 2 precipimus *E* 3 sesgentos *V*, sexcentos *E* 4 pro arbitrio] per arbitrium *Iust. (praeter N)* antestis alexandrini *E* 5 et qui] *fortasse* et aliis qui curam degerunt *V* 6 parabalani] *V Iust. (C)*, parabaiani *E*, parabolanin *Iust. (R)* 7 qui] *V*, quis *E Iust.* 8 honorati *E* 9 hii *E* 10 hisdem *VE*, his *Iust.* 11 parabalanis] *Tilius*, parabalani *V*, parabaiani *E*, parabolanin *Iust.* ($RM^a$), parabolanim *Iust. (C)* 12 viii] x *V*

XVI, 2, 44 [= BREV. XVI, 1, 6] (420 Mai. 8).

IDEM AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eum, qui probabilem saeculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiae appellationis non decet. Quicumque igitur cuiuscumque gradus sacerdotio fulciuntur vel clericatus honore censentur, extranearum sibi mulierum interdicta consortia cognoscant, hac eis tantum facultate concessa, ut matres filias adque germanas intra domorum suarum saepta contineant: in his enim nihil scaevi
1 criminis aestimari foedus naturale permittit. Illas etiam non relinqui castitatis hortatur adfectio, quae ante sacerdotium maritorum legitimum meruere coniugium. Neque enim clericis incompetenter adiunctae sunt, quae dignos sacerdotio viros sui conversatione fecerunt. DAT. VIII ID. MAI. RAV(ENNAE) D. N. THEOD(OSIO) A. VIIII ET CONSTANTIO III V. C. CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque clericatus utuntur officio, extranearum mulierum familiaritatem habere prohibentur; matrum, sororum vel filiarum sibi solacia intra domum suam noverint tantum esse concessa, quia nihil turpe in talibus personis fieri vel cogitari lex naturae per-

1 idem] *VEYDO*, impp. hon. et theod. *HNGXCPMS*, impp. ualens gratianus et ualentinianus *Hincmar opp. 2, 786* aaa *EYD* pfu *G* eum qui . . . 2 decet] religiosi sacerdotis fida suggestio exigit probabilem saeculo disciplinam: agit enim bonis moribus, ne clerici . . . feminis iungantur externis, quas decolore consortio sororiae appellationis excusant *Sirm.* saeculo (saeculum *EXPMS*) d. agit (aget *XPM*) *om. in sp. vac.* $C^1$ 2 sor.riae $V^a$ appellationes *XPM* quicumque igitur] qui *Sirm.* 3 sacerdotii *S* fulciuntur] *sic V cum Brev. Iust. Sirm.*, funguntur *EYDO* censuntur *H* 3/4 sibi mulierum (multorum *N*) int.] m. int. sibi *O* 4 cognoscant] nouerint cuncti *(loco diverso) Sirm.* hac] haec *VNES* eis] his $EY^bDOS$, is $Y^a$ matris *G* 5 filius *M* adque] et *GXCPMS* saepta] tecta *G* scaeui] $VEY^aD^aOXPMS$ *Iust.* ($M^a$) *Sirm.*, sciui $C^2$, s(a)eui $HY^b D^b$ *Iust. (praeter* $M^a$*)*, sceli *N*, sciri *G*, *om. in sp. vac.* $C^1$ 6 stimari *X*, extimari *H* naturalis *GXPMS* etiam] enim *Iust.* reliqui *H*, relinquit *G* castitates *XPM*, *om. C* 6/7 hortatur] ortus *G* 7 sacerdotio *N* meruere] meruerunt *G*, munere *H* 8 incompetentes *G* quae] qui *H* sacerdotium *N* 9 dat. uiii id. (kl. *YD*) mai. (mar. *GYDO*) rau. dn. (dom n *YD*, dnn *C*, dd nn *HN*, *om. GE*) th. a. uiiii (uiii *G*, *om. VDO*) et constantio (constantino $D^aNM$) iii *(om. V)* uc *(sic VP*, uiro claro *S*, uic *EYDC*, uiro *O*, c *G*, *om. HM) libri* 11 utuntur (utitur *H*) off.] o. u. *G* 11/12 familiaritate *NPMS* 12 habere prohibentur] habentur *S* sororumue uel *CPS* nouerit *H* 13 tantum *om. G* concessam *N*, concessum *G*

**mittit. Illae vero mulieres sunt in solacio retinendae, quae in coniugio fuerunt ante officium clericatus.**

*V.* — BREV. *(HNGYDO HINCMAR 1, 719. 2, 786 [int. sola] EX [deficit* 851, 7 *in maritorum] CPMS).* — IVST. 1, 3, 19 *(inde fortasse lex Baiuvariorum 1, 1, 12).* — *SIRM. 10 integra.*

1 mul. sunt *(om. Y)*] s. m. *EYD* solatia *E* coniugium *HCPS*, congium *M* 1/2 ante *(om. CPS)* officium (-cio *N*) cler. *om. Y*

XVI, 2, 45 (421 Iul. 14).

IDEM AA. PHILIPPO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI. Omni innovatione cessante vetustatem et canones pristinos ecclesiasticos, qui nunc usque tenuerunt, ⸢ per omnes Illyrici provincias servari praecipimus. ⸢Tum⸣ si quid dubietatis emerserit, id oporteat non absque scientia viri reverentissimi sacrosanctae legis antistitis ‖ urbis Constantinopolitanae, quae Romae veteris praerogativa laetatur ‖, conventui sacerdotali sanctoque iudicio reservari. DAT. PRID. ID. IVL. EVSTATHIO ET AGRICOLA CONSS.

IVST. 1, 2, 6. ⸢ et ⸢ut⸣

IVST. 11, 21, 1. ‖ *inc.* Urbs Constantinopolitana non solum iuris Italici, sed etiam ipsius Romae veteris praerogativa laetetur ‖.

*VE.* — IVST. 1, 2, 6. 11, 21, 1.

2 aeclesiasticos *V* 5 scientiam *V* 7/8 laetiatur *V*[1] 8 sactoque *V*

XVI, 2, 46 (425 Iul. 6 vel Aug. 4).

IMPP. THEOD(OSIVS) A. ET VALENTINIANVS CAES. GEORGIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). POST ALIA: Privilegia praeteritarum legum ecclesiae sive clericis delata serventur. ET CETERA. DAT. PRID. NON. IVL. AQVIL(EIAE) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINI)ANO CAES. CONSS.

*VE*

1 caes. *om. E* proc̄] *E*, pū *V* 2 aeclesiae *V* 2/3 dat. prid. non. iul. (aug. *lex iuncta)* aquil. (aquilegia *E*) dn̄ *(om. E)* th. a. xi et ual. caes. (cons. *E*) *libri*

XVI, 2, 47 (425 Oct. 8 [Aug. 6]).

IDEM A. ET CAES. BASSO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Privilegia ecclesiarum omnium, quae saeculo nostro tyrannus inviderat, prona devotione revocamus, scilicet ut quidquid a divis principibus constitutum est vel quae singuli quique antistites pro causis ecclesi-
1 asticis inpetrarant, sub poena sacrilegii iugi solidata aeternitate serventur. Clericos etiam, quos indiscretim ad saeculares iudices debere deduci infaustus praesumptor edixerat, episcopali audientiae reservamus. Fas enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio. ET CETERA. DAT. VIII ID. OCTOB. AQVIL(EIAE) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINI)ANO C. CONSS.

*V (cum Solms.) EYD HINCMAR 2, 327 et apud Harduinum acta concil. 5, 1357.* — *SIRM. 6 (inscriptione diversa) integra (inde dedit O).*

1 a. et c.] aa. et cons. *E*, aa et c *YD*, Honorius et Theodosius *Hincmar* basso crp̄ (crip *E*)] *constitutionis huius emissae omnino ad magistratus plures exempla supersunt tria, unum directum ad Amatium* p̄p̄ō *Galliarum (Sirm. 6), alterum ad Faustum* p̄ū *(16, 5, 62), tertium (quod laudatur et hoc loco et 16, 5, 64) inscriptum* Basso c. r. p. priuilegia] priuilegiarum *E* aeclesiarum *V*, eccl. uel clericorum *Sirm.* 2 quaeque *YD*, quaecumque *Hincm.* 3 constitutum est (constituta sunt *YD Hincm.*) uel quae *om. Sirm.* quisque *D*[a] 3/4 pro causis eccl. (aeclesiasticis *V*) *om. Sirm.* 4 inpetrarunt *YD Hincm. Sirm.* 6 uti *YD* 7 uiii id. oct.] uiii id. aug. *16, 5, 64*, xui kal. aug. *16, 5, 62*, uii id. iul. *Sirm. 6*, *quorum quattuor dierum secundus videtur esse verus* aquil. *(sic V*, aquileia *E)*] *eundem locum nominant exempla tria reliqua* 7/8 dn. *(om. EYD itemque* 16, 5, 62) th. a. xi et ual. c̄ (c̄c̄ *E*, *om. V*) *sic tria exempla*

## III. DE MONACHIS.

iii *om. V.* — *Iust.* 1, 3 *(vide ad 16, 2 rubr.).*

VI, 3, 1 (390 Sept. 2).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quicumque sub professione monachi repperiuntur, deserta loca et vastas solitudines sequi adque habitare iubeantur. DAT. IIII NON. SEPT. VERONAE VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

*VW [incipit* 3 *sequi] EL*

1 uelentinianus *L* datiano *E* 2/3 uasta solitudinis *L*, uasta solitudine *E* 3 iubeatur *L*ᵃ dat. iiii *(sic WE,* iii *V),* non. *(om. L),* sept. *(hic finit L)* ueronae (uerñ *E*) ual. a. iiii et neoterio (neotēr *W*, neotherio *V*, neutherio *E*) *libri*

VI, 3, 2 (392 Apr. 17).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Monachos, quibus interdictae fuerant civitates, dum iudiciariis aluntur iniuriis, in pristinum statum submota hac lege esse praecipimus; antiquata si quidem nostrae clementiae iussione liberos in oppidis largimur eis ingressus. DAT. XV KAL. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

*VWEL*

1 a̅a̅ *W* datiano p̅p̅o̅ *E*, cui supra *W* 2 iudicariis *E* aluntur] *VW*, soluantur *L*, aguntur *E* esse] *requiri videtur* redire *similiave* 3 precepimus *E* 4 dat. xu *(om. in sp. vac. W)* k. mai. *(hic finit L)* const. arc. a. *(om. E)* ii *(om. in sp. vac. W)* et ruf. *libri*

## IIII. DE HIS, QVI SVPER RELIGIONE CONTENDVNT.

*rubr. def. W.* — iiii *om. V.* — *Iust.* 1, 1 *(vide ad 16, 1 rubr.).*

I, 4, 1 (386 Ian. 23).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. EVSIGNIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. His, qui sibi tantummodo existimant colligendi copiam contributam, si turbulentum quippiam contra nostrae tranquillitatis praeceptum faciendum esse temptaverint, ut seditionis auctores pacisque turbatae ecclesiae, maiestatis capite ac sanguine sint supplicia luituri. DAT. X KAL. FEB. CONSTANT(INO)P(OLI), HONORIO NŌB. P̄. ET EVODIO V. C. CONSS.

*VWEL.* — NARRATIO DE CONCILIO AQVILEIENSI ET DE VLFILA *(cod. Paris. Lat. 8907) in fine (p. 57 Kauffm.) textum finiens* 4 pacisque. — GEMINA 16, 1, 4 *(quam vide).*

1 imppp. (impp. *W*) ualentinianus (ualentinus *L*) th. et arc. aaa.] idem i̅p̅p̅m̅p̅ *(praecedit 16, 4, 2) Narr.* eusonio p̅p̅o̅ *L*, ad eusignium pf pretorio *Narr.* 3 nostrae tranquillitatis] nostra et sanc[ti]tatis *Narr.* 4 editionis auctoris pasque (parsque *L*ᵇ) turbatis *L* aeclsiae *(sic) V* 5 dat. x k. feb. (fe . . . *Narr. hic finiens; om. V)* const. hon. nobp *(sic V,* n̅p̅ *W, om. in sp. vac. E)* et euodio u̅c̅ *(sic W, om. VE) libri (subscr. om. L; cf. ad geminam)*

I, 4, 2 (388 Iun. 16).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nulli egresso ad publicum vel disceptandi de religione vel tractandi vel consilii aliquid deferendi patescat occasio. Et si quis posthac ausu gravi adque damnabili contra huiusmodi legem veniendum esse credi-

1 idem aaa.] idem a̅a̅ *W*, imppp. ual. theod. et arc. aaa. (auggg. *Narr.*) *Narr. YD Quesn. Colb. Hincm.* titiano *Y*¹*O* pf pretorio *Narr.* egressu *E*, egressum *Narr. Quesn. Colbert.*, egressus *Hincm.* ad *om. Narr.* uel] nec *Narr.*, *om. Hincm.* 1/2 disceptanti *W* 2 consilia *W*, conci[lii] *Narr.* 3 ausu graui] ausu *O*¹, temerario ausu *O*² dumnabili *W* huiusmodi (?) *Narr.*

derit vel insistere motu pestiferae perseverationis audebit, conpetenti poena et digno supplicio coherceatur. DAT. XVI KAL. IVL. STOBIS THEOD(OSIO) A. II ET CYNEGIO CONSS.

---

*VWEYDO.* — NARRATIO *citata ad 16, 4, 1.* — *COLL. QVESNELL. ET COLBERTINA et inde HINCMAR 1, 337.* — *BENEDICTVS LEVITA l. III c. 195 solito more interpolatam et sine inscriptione, add. IV c. 32 sub praescripto hoc:* ex sinodalibus statutis *[fortasse ficuciis]* et imperatorum edictis ex libro XVI Theodosii imperatoris de his qui super religione contendunt *sublatis interpolationibus et adiectis inscriptione et subscriptione.*

1 insestere *W* motum *YD* 2 dat. xui (xu *YD*b) k. iul. stobis (stobi *Narr., om. Quesn.*) th. a. *(om. Narr.)* ii *(om. O Narr.)* et cynegio (ciuecio *EO*, quinegio *Quesn. Colb.*) *libri*

---

XVI, 4, 3 (392 Iul. 18).

IDEM AAA. POTAMIO P(RAE)F(ECTO) AVGVSTALI. Deportatione dignus est, qui nec generali lege admonitus nec conpetenti sententia emendatus et fidem catholicam turbat et populum. DAT. XV KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO V̄. C̄. CONSS.

---

*VWE*

1 aa. *W* p̄f] p̄o *W* 2 sententiae *E* 3 rufino] rurius *W* uc.] *W, om. VE*

---

XVI, 4, 4 (404 Ian. 29).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. ANTHEMIO MAG(ISTRO) OFFICIORVM. Cuncta officia moneantur a tumultuosis se conventiculis abstinere, et qui sacrilego animo auctoritatem nostri numinis ausi fuerint expugnare, privati cingulo bonorum proscribtione multentur. DAT. IIII KAL. FEB. CONSTANTI(NO)P(OLI) HONOR(IO) A. VI ET ARISTAENETO CONSS.

---

*VWE*

1 imp.... *W*a, impp. *W*b arcadius *om. in sp. vac. W* āā antonio *W* mag.] āḡo *E* 2 a *om. E* obtinere *E* 3 nostri] nos *E*, n. *W* nominis *E*, nomines *W* proscriptionem *E* 4 iiii] iii *E* aristeneto *VWE*

---

XVI, 4, 5 (404 Sept. 11).

IDEM AAA. STVDIO P(RAEFECTO) V(RBI). Si quis servos in hac sacratissima urbe possideat, eos a tumultuosis conventiculis faciat temperare, sciens se pro singulis servis, qui interesse conventibus interdictis fuerint conprehensi, trium librarum auri dispendio ferien-
1 dum, servis videlicet puniendis. Quam formam in nummulariis ceterisque huius almae urbis corporibus volumus sub poena graviore servari, ut unumquodque corpus pro his, qui de suo numero conventus celebrare inlicitos detegentur, ad quinquaginta pondo auri solutionem multae nomine adstringatur. DAT. III ID. SEPT. CONSTANT(INO)P(OLI) HONORIO A. VI ET ARISTAENETO CONSS.

---

*VWE*

1 pu.] p̄p̄ō *E* seruus *E*a 1/2 possideat] possedeat *E*, posse(?)de *W* 2 temerare *E* 3 conpraehensi *VW* 5 corporibus uolumus *in transitu a pag. ad pag. bis W* unumquoque *VE* 6 inlicitus *W* ponda *W*, pondus *E* 8 aristeneto *VWE*

---

XVI, 4, 6 (404 Nov. 18).

IDEM AAA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Rectores provinciarum moneantur, ut conventus eorum arceantur inliciti, qui orthodoxarum religione subfulti spretis sacrosanctis ecclesiis alio convenire conantur: his, qui ab Arsaci Theofili Porfyri reverentissi-

---

1 āā *W* euthiciano *E* p̄p̄ō] p̄ō *W* 2 subfulti spretis] *V*, subfultis spraetis *W*, subfultis preter *E* 2/3 sacris sanctis *E* 3 aeclesiis *V* cogantur *W* arsacii *V* porfiri *E*

morum sacrae legis antistitum communione dissentiunt, ab ecclesia procul dubio repellendis. DAT. XIIII KAL. DEC. CONSTANT(INO)P(OLI) HONORIO A. VI ET ARISTAENETO V. C. CONSS.

*V (deficit* 855, 3 *in* reuerentissimorum) *WE*

1 legis] *W Cui.*, lis *E* desentiunt *E* 2 xiiii] *WE*, iiii *E** aristeneto *WE* $\overline{\text{uc}}$] *W*, *om. E*

## V. DE HAERETICIS.

*rubrica* de hereticis *ad l. 20 ad marginem adscripta est (non tam a m. 1 quam a posteriore) litteris quadratis (quibus m. 1 ne in rubricis quidem utitur) in V.* — *Iust.* 1, 5: de haereticis et Manichaeis et Samaritis.

I, 5, 1 (326 Sept. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. AD DRACILIANVM. Privilegia, quae contemplatione religionis indulta sunt, catholicae tantum legis observatoribus prodesse oportet. Haereticos ⌜autem atque schismaticos⌝ non solum ab his privilegiis alienos esse volumus, sed etiam diversis muneribus constringi et subici. P(RO)P(OSITA) KAL. SEPT. GERASTO CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.

IVST. ⌜ ⌝ *om.*

*WEYDO HINCMAR 1, 337.* — IVST. 1, 5, 1.

1 dracilianum] *WE Iust. (S)*, darchilianum *YD*, archilianum *O*, gracilianum *Iust. (praeter S)*: *vicarius (cf. 2, 33, 1)* religionis] legis *W* 3 solum] tantum *Cui.* ab *om. Iust.* priuiligiis *W* 4 uoluimus *E* etiam] et *Iust. (C^b M)*, *om. Iust. (PLR)* 4/5 $\overline{\text{pp}}$ ($\overline{\text{ppa}}$ *EYD*) k. sept. (sebt. *E*, febr. *O*, ser *vel* s *Iust.*) gerasto (*sic WEY*, gerasti *Iust. [PLD]*, generasto *Cui.*) const. a. uii et constantio (contantio *W*) caes. (*sic WYDO*, cons. *E*, *om. Iust. Cui.*) *libri*

I, 5, 2 (326 Sept. 25).

IDEM A. AD BASSVM. Novatianos non adeo conperimus praedamnatos, ut his quae petiverunt crederemus minime largienda. Itaque ecclesiae suae domos et loca sepulcris apta sine inquietudine eos firmiter possidere praecipimus, ea scilicet, quae ex diuturno tempore vel ex empto habuerunt vel qualibet quaesiverunt ratione. Sane providendum erit, ne quid sibi usurpare conentur ex his, quae ante discidium ad ecclesias perpetuae sanctitatis pertinuisse manifestum est. DAT. VII KAL. OCT. SPOLETI CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.

*WE*

1 a.] aaa. *E* bassum] *praefectum urbi* adeo] *W*, *om. E Cui.* 2 petierunt *E^a* credemus *W* largienda] *W Cui.*, largiendi *E* domus *W* sepulcris] *W Cui.*, sepulcri *E* 3 scilicet] slicet *W* quae] *W Cui.*, quaeque *E* 4 quaesierunt *E^a* sane] *W*, *om. E Cui.* 6 pertenuisse *W* 6/7 dat. uii (*sic W*, uiiii *E Cui.*) k. oct. spoleti (spoleti• *W*, spoliti *E*) const. a. uii et constantio c̄ (*sic W*, consule *E Cui.*) *libri*

I, 5, 3 (372 Mart. 2).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD AMPELIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Ubicumque Manichaeorum conventus vel turba huiusmodi repperitur, doctoribus gravi censione multatis his quoque qui conveniunt ut infamibus atque probrosis a coetu hominum segregatis, domus et habitacula, in quibus profana institutio docetur, fisci viribus indubitanter adsciscantur. DAT. VI NON. MART. TREV(IRIS) MODESTO ET ARINTHAEO CONSS.

*W (finit 5 in* arintheo) *EL*

1 *addi debuit* gratianus ampilium *L*, ampellium *E* $\overline{\text{pu}}$] *W*, $\overline{\text{ppm}}$ *E*, $\overline{\text{ppo}}$ *L*, $\overline{\text{pp}}$ *Cui.* 3 his quoque qui (*om. W*) c. ut i. a. probrosis (*sic vid. fuisse etiam in W*) a coetu *W [sic Peyron*, ••etu *Patetta] E*, detu *L*) hom. segregatis] *WL*, *om. E Cui.* 4 domus] *W*, domos *EL* institutio] *L*, •nstitutio *W*, institutione *E Cui.* 4/5 adscisc(?)a(?)ntur *W*, adsciscatur *L*, adsciscitatur *E* 5 mart. (mā *L hic finiens*) tr. m. et arintheo *libri*

XVI, 5, 4 (376 [378?] Apr. 22).

IMPPP. VALENS, GRATIANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD HESPERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Olim pro religione catholicae sanctitatis, ut coetus haeretici usurpatio conquiesceret, iussimus, sive in oppidis sive in agris extra ecclesias, quas nostra pax obtinet, conventus agerentur, publicari loca omnia, in quibus falso religionis obtentu altaria locarentur. Quod sive dissimulatione iudicum seu profanorum inprobitate contigerit, eadem erit ex utroque pernicies. DAT. X KAL. MAI. TREV(IRIS) VALENTE V ET VAL(ENTINI)ANO AA. CONSS.

*EYDO*

1 ad hesperium ppo (ppm *E*)] hesperio praeposito *O* 2 coetus] co••etus *E* hereticae *Cuiacius* usurpatio] *YD et ante* coetus *O*, usurpationis *E Cui.* 2/3 conquiesceret] *YDO Cui.*, conquiescere *E* 3 in oppidis siue] *YD O Cui.*, oppidis se *E* 4 agerentur] *YDO Cui.*, gerentur *E* falso] *EDO Cuiacius*, falsa *Y* 5 siue] si seu *O* iudicum] iudeorum *YD* 6 dat. x k. mai. treu. ual. u *(sic YDO, om. E Cui.)* et ualentin. aa. *(om. O) libri: subscriptioni obstant quae adnotata sunt ad 1, 15, 8, a. 378* Valentiniano VI et Valentiniano II AA. conss. *suggessit Seeckius*

XVI, 5, 5 (379 Aug. 3).

IMPPP. GRATIANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD HESPERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Omnes vetitae legibus et divinis et imperialibus ⌈ haereses perpetuo conquiescant. ‖ Quisquis opinionem plectibili ausu dei profanus inminuit, sibi tantummodo nocitura sentiat, aliis obfutura non pandat. Quisquis redempta venerabili lavacro corpora reparata morte tabificat, id auferendo quod geminat, sibi solus talia noverit, alios nefaria institutione non perdat. Omnesque perversae istius superstitionis magistri pariter et ministri, seu illi sacerdotali adsumptione episcoporum nomen infamant seu, quod proximum est, presbyterorum vocabulo religionem mentiuntur, seu etiam se diaconos, cum nec Christiani quidem habeantur, appellant, hi conciliabulis damnatae dudum opinionis abstineant. Denique antiquato rescripto, quod apud Sirmium nuper emersit, ea tantum super catholica observatione permaneant, quae perennis recordationis pater noster et nos ipsi victura in aeternum aeque numerosa iussione mandavimus. DAT. III NON. AVG. MEDIOL(ANO), ACC. XIII KAL. SEPT. AVXONIO ET OLYBRIO CONSS.

IVST. ⌈ constitutionibus ‖ *fin.*

*E.* — IVST. 1, 5, 2.

1 ppm *E* 4 plectibili ausu] *scripsi dubitans*, plectibilius *E Cui. 1566* (plectilibus *E* Cui. 1586)*, plectibilibus *Gothofredus* 6 tabificat] *Cuiacius*, abificat *E* 8 ministri] *Cuiacius*, ministris *E* 9 religionem] *Cuiacius*, religione *E* 10 hii *E* 11 syrmium *E* 13 aeque] atque *Gothofredus*

XVI, 5, 6 (381 Ian. 10).

IDEM AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nullus haereticis mysteriorum locus, nulla ad exercendam animi obstinatioris dementiam pateat occasio. Sciant omnes etiam si quid speciali quolibet rescripto per fraudem elicito ab huiusmodi hominum genere im-
1 petratum est, non valere. Arceantur cunctorum haereticorum ab inlicitis congregationibus turbae. Unius et summi dei nomen ubique celebretur; Nicaenae fidei dudum a maioribus traditae et divinae religionis testimonio atque adsertione firmatae observantia semper mansura teneatur; ‖ Fotinianae labis contaminatio, Arriani sacrilegii venenum, Eunomianae perfidiae crimen et nefanda mon-

IVST. ‖ *fin.*

1 eutro ppo *E* nullus haereticis] *Quesn. Iust.*, nullos hereticos *E Cui.* 2 exercendam] exercend *E*ᵃ 3 genere] *Iust.*, gerere *E* 4 est] sit *Iust.* haereticorum] *E Cui. Iust.*, *om. E** 6 adsertionis *E*ᵃ, adsertiones *E*ᵇ 7 obseruantie *E* teneatur] *libri et Iust. (Bamb.)*, teneatis *Iust. (rel.)* focinianae *Cui.* labes *E Quesnell. Colb.* 8 arrianis *E* sacrilegia *Colb.* eunomianae] *Quesn. Colb.*, eunomiae *E Cui.*

struosis nominibus auctorum prodigia sectarum ab ipso etiam aboleantur auditu. || Is autem Nicaenae adsertor fidei, ⌈ catholicae religio-
2 nis verus cultor accipiendus est, qui omnipotentem deum et Christum filium dei uno nomine confitetur, deum de deo, lumen ex lumine: qui spiritum sanctum, quem ex summo rerum parente speramus et accipimus, negando non violat: apud quem intemeratae fidei sensu viget incorruptae trinitatis indivisa substantia, quae ⌜Graeci adsertione verbi⌝ οὐσία recte credentibus dicitur. Haec profecto nobis magis probata,
3 haec veneranda sunt. Qui vero isdem non inserviunt, desinant adfectatis dolis alienum verae religionis nomen adsumere et suis apertis criminibus denotentur. Ab omnium submoti ecclesiarum limine penitus arceantur, cum omnes haereticos inlicitas agere intra oppida congregationes vetemus ac, si quid eruptio factiosa temptaverit, ab ipsis etiam urbium moenibus exterminato furore propelli iubeamus, ut cunctis orthodoxis episcopis, qui Nicaenam fidem tenent, catholicae ecclesiae toto orbe reddantur. DAT. IIII ID. IAN. CONST(ANTINO)P(O)LI EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

IVST.
|| *redit* | ⌈ et
⌜Graeco verbo⌝

*E. — COLL. QVESNELL. ET COLBERT. et inde HINCMAR 1, 337.* — IVST. 1, 1, 2.

1 auctorum] *om. Cui.; scr.* auctarum 2 auditu is *(sic Cui.,* auditus *E*ᵇ*)* autem nicene adsertor *om. E*ᵃ, is a. n. fidei adsertor *Iust.* 4 uno] *Quesnell. Colb. Iust.*, unum *E Cui.*, *ἑνὶ ὀνόματι Bas. 1, 1, 2* nomini *Quesnell. (non Colb.)* ex lumine] *E et rel.*, de lumine *Cui.* 4/5 qui spiritum sanctum quem (qui id quod *E Cui. Quesnell. ex em.*, quid quod *Quesnell. ante em. et Colbert.*) ex summo rerum parente speramus et *(om. E)* accipimus (-piamus *Colb.*)] *E Cui. Quesn. Colb. Iust. (Lat.), item Iust. (Graece): ὃς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐκ τῆς ἀνωτάτου φύσεως πιστεύει (al. προιὸν πρεσβεύει) καὶ ἀποδέχεται* 7 indiuisa] indiuisus *E* 8 *οὐσία*] *E Cui. Iust. (Lat. et Graece)*, omousia *Quesn.*, omousiona *Colb.* 9 hisdem *E Cui. Quesn.*, his *Colb.* seruiunt *Cui.* 10 denudentur *Quesn. Colb.* 12 congregationis *E* eruptio] *Quesnell. Colb. Iust.*, ereptio *E Cui.* 13 iubeamus] *E Cui.*, iubemus *Quesnell. Iust.*, uidebimus *Colb.* 14 ecclesiae] *E Cui. Quesn. Colb. Iust.*, fidei *E** iuniarum *Quesn. Colb.*

VI, 5, 7 (381 Mai. 8).

IDEM AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis Manichaeus Manichaeave ex die latae dudum legis ac primitus a nostris parentibus in quamlibet personam condito testamento vel cuiuslibet titulo liberalitatis atque specie donationis transmisit proprias facultates, vel quisquam ex his aditae per quamlibet successionis formam conlatione ditatus est, quoniam isdem sub perpetua inustae infamiae nota testandi ac vivendi iure Romano omnem protinus eripimus facultatem neque eos aut relinquendae aut capiendae alicuius hereditatis habere sinimus potestatem, totum fisci nostri viribus inminentis indagatione societur. Sive id marito sive propinquo aut cuilibet bene merito sive etiam filiis, quos tamen vitae eiusdem et criminis facinora sociata coniungent, sive etiam per interpositam quamlibet personam profuturum eidem, qui e tali hominum genere et grege repperitur,
1 inlicita liberalitate provenerit, caduci titulo vindicetur. Nec in posterum tantum huius emissae per nostram mansuetudinem legis forma praevaleat, sed in praeteritum etiam, quidquid talium personarum aut proprietas reliquit aut successio habuit, usurpatio fiscalis commodi persequatur. Nam licet ordo caelestium statutorum secuturis post observantiam sacratae constitutionis indicat neque actis obesse consueverit, tamen, quoniam quid consuetudo obstinationis et pertinax natura mereatur, in hac tantum, quam specialiter vigere volumus, sanctione iustae sensu instigationis agnoscimus et eos, qui etiam post legem primitus datam nequaquam ab inlicitis et profanis coitionibus refrenari divina saltem monitione potuerunt, tamquam in ipsius depictae legis iniuriam veluti sacrilegii reos tenemus,

1 ppo] *E* (po *E**) quis] *E*, qui *Cui.* 5 hisdem *E Cui.* inustae] *E*, iustae *Cui. (E*)* 7 totum f. nostri] *Cuiacius*, toto f. nostri nos indagationi *scr.* 9 eiusdem] *Gothofredus E* 10 profuturam *Cuiacius* qui e (-us tali *E**), qui etati *Cuiacius* 14 secuturis] *Cuiacius*, secutoris *E* post] *malim* postea 15/16 quid c. o. et pertinax] *scripsi*, et quid c. obstinationis (-nes *E*ᵃ) pertinax *E Cui.* 17 instigationis] *fortasse* indignationis et, eos] *scripsi*, eos *E Cui.* 18 coitionibus] *Cuiacius*, cohibitionibus *E*ᵇ, choibitionibus *E*ᵃ saltim *E* 19 potuerint *Cuiacius* depictae] dictae *Gothofredus*

severitatem praesentium statutorum non tam ad constituendae, sed ad ulciscendae legis
2 sanximus exemplum, ita ut nec defensio temporis prosit. His tantum filiis paternorum vel maternorum bonorum successio deferatur, qui licet ex Manichaeis orti sensu tamen et affectu propriae salutis admoniti ab eiusdem vitae professionisque collegiis pura semet
3 dediti religione demoverint, tali inmunes a crimine. Illud etiam huic adicimus sanctioni, ne in conventiculis oppidorum, ne in urbibus claris consueta feralium mysteriorum sepulcra constituant; a conspectu celebri civitate penitus coherceantur. Nec se sub simulatione fallaci eorum scilicet nominum, quibus plerique, ut cognovimus, probatae fidei et propositi castioris dici ac signari volent, maligna fraude defendant; cum praesertim nonnulli ex his Encratitas, Apotactitas, Hydroparastatas vel Saccoforos nominari se velint et varietate nominum diversorum velut religiosae professionis officia mentiantur. Eos enim omnes convenit non professione defendi nominum, sed notabiles atque execrandos haberi scelere sectarum. DAT. VIII ID. MAI. CONST(ANTINO)P(O)LI EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

*E*

3 uel maternorum] *E (om. *E) Cui.* 4/5 pura (*sic Cui.*, puras *E*) semet dediti religione] purae semet d. religioni *scr.* 8 fallaci] *E*, fallaciae *Cuiacius* 9 propisiti *E* 10 engratitas *E* hidroparastatas *E* 12 conuenit] *Cuiacius*, conueniat *E* 13 haberi] *Cuiacius*, haberis $E^b$, aberis $E^a$

XVI, 5, 8 (381 Iul. 19).

IDEM AAA. AD CLICHERIVM COM(ITEM) ORIENTIS. Nullum Eunomianorum atque Arrianorum vel ex dogmate Aeti in civitate vel agris fabricandarum ecclesiarum copiam habere praecipimus. Quod si temere ab aliquo id praesumptum sit, domus eadem, ubi haec constructa fuerint, quae construi prohibentur, fundus etiam vel privata possessio protinus fisci nostri viribus vindicetur atque omnia loca fiscalia statim fiant, quae sacrilegi huius dogmatis vel sedem receperint vel ministros. DAT. XIIII KAL. AVG. CONSTANT(INO)P(O)LI EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

*E*

1 clicherium] *scr.* glycerium eunumianorum *E* 2 aeti] *Gothofredus*, ethi *E Cui.* ciuitate] *scripsi*, ciuitates *E*, ciuitatibus *Cuiacius* fabrican..darum *E* 3 sit] *Cuiacius*, si *E* 6 dogmatis] *Cuiacius*, et d. *E* xiiii] *E Cui.*, iiii *E**

XVI, 5, 9 (382 Mart. 31).

IDEM AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quisquis Manichaeorum vitae solitariae falsitate coetum bonorum fugit ac secretas turbas eligit pessimorum, ita ut profanator atque corruptor catholicae, quam cuncti suspicimus, disciplinae legi subiugetur, ut intestabilis vivat, nihil vivus inpendat inlicitis, nihil moriens relinquat indignis, omnia suis non moribus, sed natura restituat aut proximis, si deerit legitima successio, melius regenda dimittat, fisci dominio deficiente agnatione sine fraude molitionis intellegat
1 obligata. Haec de solitariis. Ceterum quos Encratitas prodigiali appellatione cognominant, cum Saccoforis sive Hydroparastatis refutatos iudicio, proditos crimine, vel in mediocri vestigio facinoris huius inventos summo supplicio et inexpiabili poena iubemus adfligi, manente ea condicione de bonis, quam omni huic officinae inposuimus, a latae dudum legis exordio. Sublimitas itaque tua det inquisitores, aperiat forum, indices denuntiatoresque sine invidia delationis accipiat. Nemo praescribtione communi exordium accusationis huius infringat. Nemo tales occultos cogat latentesque conventus: agris veti-
2 tum sit, prohibitum moenibus, sede publica privataque damnatum. Ac summa explo-

1 solidariae $E^a$ 2 turbas] *scripsi*, urbas $E^a$, urbes $E^b$ *Cui.* possimorum *E* ita] *fortasse* tali 3 legi] *Cuiacius*, legis *E* 4 uiuat] *Cuiacius*, uibeat *E* 5 natura] *scripsi*, nature *E Cui.* 6 fisci dominio] fiscis domini *E*, aut fisci dominio *Cui.* deficiente agnatione] *Cuiacius*, deficietur ac natione *E* 7 engratitas *E* prodiciali *E* 8 hidroparastatis *E* 11/12 denuntiatoresque] *Cuiacius*, senunciatoresque *E* 14 sede] *Cuiacius*, side *E*

ratione rimetur, ut, quicumque in unum paschae die non obsequenti religione convenerint, tales indubitanter, quales hac lege damnavimus, habeantur. DAT. PRID. KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(O)LI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

*E*

1 die] *scripsi*, diem *E Cui.*

---

ʼI, 5, 10 (383 Iun. 20).

IDEM AAA. CONSTANTIANO VIC(ARIO) DIOECESEOS PONTICAE. Tascodrogitae a sedibus quidem suis minime propellantur, ad nullam tamen ecclesiam haereticae superstitionis turba conveniat, aut, si forte convenerit, a conventiculis suis sine aliqua mora propulsetur. DAT. XII KAL. IVL. CONSTANT(INO)P(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

*E*

1 constantiano] *reliquae ad hunc vicarium datae*, constantiniano *E* dioceseos *E Cui.* trascodroce *E*, tascodrocitae *Cui.*; *vide ad* 16, 5, 65 3 aliqua] *E*, ulla *Cuiacius*

---

ʼI, 5, 11 (383 Iul. 25).

IDEM AAA. POSTVMIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes omnino, quoscumque diversarum haeresum error exagitat, id est Eunomiani, Arriani, Macedoniani, Pneumatomachi Manichaei, Encratitae, Apotactitae, Saccofori, Hydroparastatae nullis circulis coeant, nullam colligant multitudinem, nullum ad se populum trahant nec ad imaginem ecclesiarum parietes privatos ostendant, nihil vel publice vel privatim, quod catholicae sanctitati officere possit, exerceant. Ac si qui extiterit, qui tam evidenter vetita transcendat, permissa omnibus facultate, quos rectae observantiae cultus et pulchritudo delectat, communi omnium bonorum conspiratione pellatur. DAT. VIII KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(O)LI MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

*W [incipit* 3 apotactitae*] E*

2 machedoniani *E* neumathomaci *E* 3 engratite *E* ydroparastatae *W*, hidroparastate *E* 5 parietes] *W*, pariter *E Cui.* ostendant] extendent *Seeck* 6 extetiret *W* euidenta *(sic) Cuiacius* uetita] $E^b$ *Cui.*, uitata $E^a$ (uetiata $E^*$) *evanuit W* transcendat] *Cuiacius*, transcendant *E*, trans..ndant *W* 7 facultate quos] facultatem quos *E*, facultate .... *W*: *expectamus* facultate accusandi quos 8 viii] *E Cui.*, viii *vel* viiii *W*

---

ʼI, 5, 12 (383 Dec. 3).

IDEM AAA. POSTVMIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Vitiorum institutio deo atque hominibus exosa, Eunomiana scilicet, Arriana, Macedoniana, Apollinariana ceterarumque sectarum, quas verae religionis venerabili cultu catholicae observantiae fides sincera condemnat, neque publicis neque privatis aditionibus intra urbium adque agrorum ac villarum loca aut colligendarum congregationum aut constituendarum ecclesiarum copiam praesumat, nec celebritatem perfidiae suae vel sollemnitatem dirae communionis exerceat, neque ullas creandorum sacerdotum usurpet adque habeat ordinationes. Eaedem quoque domus, seu in urbibus seu in quibuscumque locis paschae turbae professorum ac ministrorum talium colligentur, fisci nostri dominio iurique subdantur, ita ut ii, qui vel doctrinam vel mysteria conventionum talium exercere consuerunt, perquisiti ab omnibus

1 aa. *W* 2 exosa eunomiana] *Cuiacius*, exosseum nomiana *E*, *evanuit praeter extremum* a *W* machedoniana *E*, m(?) ...... *(Krueger*, e .... *Mai.) W* [apol]linaria[na] *W*, apolliniriana *E*, apolliriana *Cuiacius* 3 cultu] *E*, sa... *(sic dubitans Krueger*, ratione *Maius) W* 3/4 condemnat] condemna.. *W* 7 eaedem] *Cuiacius*, eedem *W*, eadem *E* 8 quibuscumque locis paschae turbae] *W*, quibus pasce turbe *E*, agris in quibus passim turbae *Cuiacius*: *fortasse post* paschae *excidit* tempore 9 hii *WE*, hi *Cui.* 10 consuerunt] *W*, consueuerunt *E Cui.*

urbibus ac locis propositae legis vigore constricti expellantur a coetibus et ad proprias, unde oriundi sunt, terras redire iubeantur, ne quis eorum aut commeandi ad quaelibet alia loca aut evagandi ad urbes habeat potestatem. Quod si neglegentius ea, quae serenitas nostra constituit, impleantur, officia provincialium iudicum et principales urbium, in quibus coitio vetitae congregationis reperta monstrabitur, sententiae damnationique subdantur. DAT. III NON. DEC. CONST(ANTINO)P(O)LI MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

*WE*

2 ad quaelibet] *Cuiacius*, ad quae[libet] *W*, atque libet *E* (ut quilibet *E**) 3 habeat] *E Cui.*, habeant *W (E*)* 4 officia] *W* (*sic, non* et officia) *E Cui.* 5 coitio] *W Cuiacius*, coitione *E* 5/6 sententiae damnationique] *W et pro coniectura margo Pith., item Cuiacius 1586*, sequentiae damnationique *E Cuiacius 1566*, sequenti emendationiquae *E* et sic ex* v. c. *margo Pithoei* 6 dec.] *E*, sept. *Cuiacius*

XVI, 5, 13 (384 Ian. 21).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eunomiani, Macedoniani, Arriani nec non Apollinariani inter sacrae religionis officia pro suis erroribus famosa sunt nomina. Omnes itaque, qui harum professionum vel pontificium sibi vel ministerium vindicarunt, qui se fugati nominis adserunt sacerdotes quique in criminosa religione ministrorum sibi nomen inponunt, qui docere se dicunt, quod aut nescire aut dediscere sit decorosum, omnibus huius urbis latebris indagine curiosiore perspectis sine ulla gratiae interventione pellantur; in aliis locis vivant ac penitus a bonorum congressibus separentur. DAT. XII KAL. FEB. CONSTANT(INO)P(O)LI RICHOMERE ET CLEARCHO VV. CC. CONSS.

*WE. — Cf. Sozomenus hist. eccl. 8, 4: (Iohannes Chrysostomus) ἐδείκνυ τὸν νόμον ὃν Θεοδόσιος ἔθετο τοὺς ἑτεροδόξους (Gothos Arianos) εἴργων ἔνδον τειχῶν ἐκκλησιάζειν.*

1 aa. *W* machedoniani *WE* 2 apollinariani] *W*, apolliriani *E Cui.* inter sacrae] *E Cui.*, interuersa sacrae (*ortum ex dittographia* interersasacrae) *W* 3 sibi *om. Cui.* minesterium *W* 4 nomines *W* quiquae *W* 5 aut nescire (scire *coni. Cuiacius 1586*) aut discere (*sic WE Cui.*) sit decorosum (*sic E*, dedecorosum *W Cui.*) *libri* 6 urbis] *W Cuiacius 1586, om. E E** 8 ricomere *W* ūū. c̄c̄.] ū *W, om. E*

XVI, 5, 14 (388 Mart. 10).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Apollinarianos ceterosque diversarum haeresum sectatores ab omnibus locis iubemus inhiberi, a moenibus urbium, a congressu honestorum, a communione sanctorum; instituendorum clericorum non habeant potestatem; colligendarum congregationum vel in publicis vel in privatis ecclesiis careant facultate. Nulla his episcoporum faciendorum praebeatur auctoritas; ipsi quoque episcopi nomine destituti appellationem dignitatis huius amittant. Adeant loca, quae eos potissimum quasi vallo quodam ab humana communione secludant. His etiam illud adnectimus, ut supra memoratis omnibus adeundi atque interpellandi serenitatem nostram aditus denegetur. DAT. VI ID. MART. THESSAL(ONICA) THEODOSIO A. II ET CYNEGIO CONSS.

*WE*

2 heresum] *sic WE* 4 facultatem *E* 5 iis *Cui.* auctoritas] *E Cui.*, occasio *W* 6 dignitatis huius] *W*, huius dignitatis *Cui.*, huius dignitas *E* admittant *W* quae eos] *scripsi*, quae his *WE*, quae hos *Cuiacius* 7 uallo] *WE* (loco *E**) quodam] *W*, quodammodo *E Cui.* nectimus *Cui.*

XVI, 5, 15 (388 Iun. 14).

IDEM AAA. TRIFOLIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes diversarum perfidarumque sectarum, quos in deum miserae vesania conspirationis exercet, nullum usquam sinantur habere

1 aa. *W* 2 uesania] *W Cui.*, uesania a *E* exercent *W* sinant *Cui.*

conventum, non inire tractatus, non coetus agere secretos, non nefariae praevaricationis altaria manus impiae officiis inpudenter adtollere et mysteriorum simulationem ad iniuriam verae religionis aptare. Quod ut congruum sortiatur effectum, in specula sublimitas tua fidissimos quosque constituat, qui et cohibere hos possint et deprehensos offerre iudiciis, severissimum secundum praeteritas sanctiones et deo supplicium daturos et legibus. DAT. XVIII KAL. IVL. STOBIS D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. II ET CYNEG(IO) V̄. C̄. CONSS.

*V [redit* 860, 2 habere*] WE*

1 inire] ire *V* coetos *W* secretus *WE* 2 simulationum *E* 3 uerae] *WE*, ue *V* 4 quoque *V* qui et] et qui et *W* deprae-hensis *E* 5 seuirissimum *E* supplicio *E* daturus *V* 6 xviii] *W(?)E*, xviiii *V* dn.] *sic V*, don̄ *E* (donam *E**), *om. W* uc.] *V*, *om. WE*

VI, 5, 16 (388 [?] Aug. 9).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nonnullos Arrianorum formam nostrarum talem proferre iussionum conperimus, ut his liceat usurpare quae his videantur utilitatibus convenire. Qua sublata sciant nullam huiusmodi iussionem e nostro sacrario profluxisse. Quidquid itaque fuerit ab his pro eorum commoditate prolatum, ut falsi reus teneatur, qui deinceps ea circumtulerit. DAT. V ID. AVG. CONSTANT(INO)P(OLI) THEODOSIO A. II ET CYNEGIO V̄. C̄. CONSS.

*V (ubi haec notatur numero VII et sic deinceps, cum praecedat 16, 4, 6) WE*

1 aa. *W* formam] *VW*, *om. E* 2 iussionum] *Beinesius*, iussionem *V*, iussione *E*, *def. W* quae his] *VWE*, quae suis *Cuiacius 1586 coniectura* 3 quas oblata *E* 4 probatum *W* reos *E* 5 teneantur *W* circumdetulerit *E* 5/6 dat. u (ui *E*) id. aug. const. *(om. W)* th. a. ii et cynegio uc̄ *(sic W, om. VE)* conss. *libri: Cynegius cum diem obierit in ipso consulatu a. 388 sepultus die Mart. 19 (vide ad 8, 4, 17), certe in die erratum est. Sed locus quoque falsus est, hoc enim anno Theodosius non fuit Constantinopoli, sed a Thessalonica in Italiam iter fecit contra Maximum. Certa emendatio non suppetit.*

VI, 5, 17 (389 Mai. 4).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eunomiani spadones nec faciendi nec adipiscendi habeant licentiam testamenti. Quod circa omnes, quos vivos lex invenerit, volumus custodiri nec quemquam praeteritae cuiuspiam voluntatis privilegio defensari, cum, seu facta prius testamenta seu infecta doceantur, post hanc nostri oraculi sanctionem non habeant possidendi licentiam, non petendi, non etiam relinquendi heredem nomine principali, non fideicommissario, non legatario, non tacito fideicommisso vel quamcumque in huiuscemodi negotiis nuncupationem iuris ordo constituit: sed omnia, quae talium esse vel futura esse constiterit, ut caduca fisci nostri viribus vindicentur. Nihil ad summum habeant commune cum reliquis. DAT. IIII NON. MAI. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

*VW*

1 ăă *W* 2 eunomiani] eunomianii *W*ᵇ, eunominiani *W*ᵃ spadones] hispadones *E* adepiscendi *W* 3 quicquam *W* 4 priuiligio *W* seu *om. W* infacta *V* 5 oraculis *E* 6 relinqui *E* 8 futurae se const. *V* 9 uindicetur *E* 10 iiii] *WE*, iii *V*

VI, 5, 18 (389 Iun. 17).

IDEM AAA. ALBINO P(RAEFECTO) V(RBI). Quicumque sub nomine Manichaeorum mundum sollicitant, ex omni quidem orbe terrarum, sed quam maxime de hac urbe pellantur sub

1 aa. *W* pu] p̄p̄o *E* manicheorum *VW* 2 orbe] urbe *V* sed] ad *E*

interminatione iudicii. Voluntates autem eorundem, quin immo ipsae etiam facultates populo publicatae nec vim testamentorum teneant nec derelinqui per eos aut isdem fas sit. Nihil ad summum his sit commune cum mundo. DAT. XV KAL. IVL. ROM(AE) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

*VWE*

1 inmo *W* 2 nec uim] necum *E* derelinqui] *fortasse* derelinqui quicquam hisdem *VWE*

---

XVI, 5, 19 (389 Nov. 26).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ii, qui scaevi dogmatis retinent principatum, hoc est episcopi presbyteri diacones adque lectores et si qui clericatus velamine religioni maculam conantur infligere, sub cuiuslibet haeresis sive erroris nomine constituti ex funestis conciliabulis, seu intra urbem seu in suburbanis esse videantur, omni modo propellantur. DAT. VI KAL. DECEMB. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

*VWE*

1 aa. *W* hii *VWE* docmatis *VE*ᵃ 2 diacones] *V*, diac̄ *WE* si qui] *W*, qui *V*, quis *E* 3 conatur *V*ᵃ heresis *VW* errores *E* 4 ex] *WE*, et *V* 5 ui *om. in sp. vac. W* timasio et promoto *om. W*

---

XVI, 5, 20 (391 Mai. 19).

EXEMPLVM SACRARVM LITTERARVM. Haereticorum polluta contagia pelli urbibus, vicis proturbari ac nullis penitus iubemus patere conventibus, ne in quoquam loco sacrilega cohors talium hominum colligatur. Nulla eorum perversitati vel publica conventicula vel latentiora erroribus secreta tribuantur. DAT. XIIII KAL. IVN. ROM(AE) TATIANO ET SYMMACHO VV. CC. CONSS.

*VWE. — Scholia Vaticana:* Superioribus similis, sed hic et clericos et laicos pari iussione conclusit, ut numquam conventicula in urbibus vicinis faciant.

1 hereticorum *VW* contacta *E* uicis] *W*, uicinis *V(cum schol.) E* 2 iubemus *om. E* pater *W* loco *om. E* 3 peruersitate *E* 4 latentiora] *W*, latiora *V*, latior *E* erroribus] et roribus *V*¹ 4/5 dat. (*immo* p̄p) xiiii (*sic V*, xiii *WE)* k. iun. rom. tat. et symm. (symago *E*) uucc. *(om. WE) libri*

---

XVI, 5, 21 (392 Iun. 15).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In haereticis erroribus quoscumque constiterit vel ordinasse clericos vel suscepisse officium clericorum, denis libris auri viritim multandos esse censemus, locum sane, in quo vetita temptantur, si coniventia domini patuerit, fisci nostri viribus adgregari. Quod si id possessorem, quippe clanculum gestum, ignorasse constiterit, conductorem eius fundi, si ingenuus est, decem libras fisco nostro inferre praecipimus, si servili faece descendens paupertate sui poenam damni ac vilitate contemnit, caesus fustibus deportatione damnabitur. Tum illud specialiter praecavemus, ut, si villa dominica fuerit seu cuiuslibet publici iuris et conductor et procurator licentiam dederint colligendi, denis libris auri proposita condemnatione multentur. Verum si quos talibus repertos obsecundare mysteriis ac sibi usurpare nomina clericorum

1 a̅a̅ *W* hereticis *VW* quoscumque *om. W* 1/2 constetirit *W* 2 suscipisse *WE* 3 conhibentia *VW*, conibentia *E* 4 putuerit *W* id] is *V* possessorem] *WE*, possessionem *V*², possionem *V*¹ gessum *E* 5 constetirit *W* libras] *VW*, auri libras *E coniectura puto* 6 si *om. E* descendes *W* paupertatem *V* hac *W* 7 tum] *WE*, cum *V* 8 domina *W* 8/9 et procurator (-tur *W*)] vel procurator *Seeck* 9 dederint] *E*, dedirint *W*, dederit *V* 10 usurpatis (*non* -tos) *W*ᵃ

iam nunc proditum fuerit, denas libras auri exigi singulos et inferre praecipimus. DAT. XVII KAL. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

*VWE*

1 exigi] $V^{b}$ (*vel* $V^{2}$) $WE^{b}$, egi $V^{a}$ (*vel* $V^{1}$), exhigi $E^{a}$ infere *W* dat. . . . 2 conss. | *om. E* a. ii] *W*, iii *V*

---

I, 5, 22 (394 Apr. 15).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. VICTORIO PROC(ONSVLI) ASIAE. Haeretici neque episcopi faciendi potestatem neque episcoporum confirmationes licitas habeant. DAT. XVII KAL. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) III ET HONOR(IO) II AA. CONSS.

*VWE*

1 impp theod arcad et hon aa *W*, idem aaa. *VE* proc] pu *V* 1/2 heretici *VW* | 3 xuii *om. in sp. vac. W* arcadio . . . aa. *om. W*

---

I, 5, 23 (394 Iun. 20).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eunomianis, ne caperent aliquid vel relinquerent testamento, legem dudum credidimus promulgandam, quam quidem nunc consilio pleniore revocamus. Vivant iure communi, scribant pariter ac scribantur heredes. DAT. XII KAL. IVL. HADRIANOP(OLI) ARCADIO III ET HONORIO II AA. CONSS.

*VWE*

1 aaa.] *E*, aa *W*, *om. V* eunomiani *scr.* nec $E^{b}$ caparent *V*, caperint *E* 2 reliquerint $E^{a}$, relinquerint $E^{b}$ credimus promulganda *E* | 3 ac] ad *V* 4 adrianopp *E* hadri........ conss. (*nomina videntur afuisse*) *W*

---

I, 5, 24 (394 Iul. 9).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. ⌜Haereticorum dementia nec ulterius conetur perpetrare quae reppererit nec inlicita habere concilia, nusquam⌝ profana praecepta vel docere vel discere: ne antistites eorundem audeant fidem insinuare, quam non habent, et ministros creare, quod non sunt, ne per coniventiam iudicantum omniumque, quibus per constitutiones paternas super hoc cura mandata est, eiusmodi audacia neglegatur et crescat. DAT. VII ID. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) III ET HONORIO II AA. CONSS.

> IVST.
> *praec. 16, 5, 5*
> ⌜et nemo ulterius conetur quae reppererit⌝

*VWE.* — IVST. 1, 5, 2.

1 aa *W* 1/2 hereticorum *VW* 2 repperit *E* 4 ne] *VWE Iust. (R)*: nec *Iust. (CM)* antistes *V* 4/5 insinuare] minuare *E* 5 conhibentiam *VW*, chonibentiam *E* 5/6 iudicantum] *VE Iust. (R)*, iudicantium *W(?) Iust. (rel.)*

---

I, 5, 25 (395 Mart. 13).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes poenas, cuncta supplicia, quae sanctionibus divae recordationis genitoris nostri adversum haereticorum sunt pertinacem spiritum constituta, nostro etiam decreto reparantes decernimus, quidquid etiam his est contra meritum delinquentum spe correctionis speciali quadam

1 impp. . . . aa.] impp. arcad. *reliquis evanidis W*, idem aaa. *VE* 2 aduersus *E* 2/3 hereticorum *V*, *def. W* 3 pertinaces spiritus *E* reparantes] *WE*, separantes *V* 4 spe] *Gothofredus*, spes *VE* correctionis] *E*, corruptionis *V*

sanctione concessum, id irritum esse. Eunomianorum verò perfidam mentem et nequissimam sectam speciali commemoratione damnamus statuimusque omnia, quae contra illorum vesaniam decreta sunt, inlibata custodiri, illud addentes, ne quis memoratae sectae militandi aut testandi vel ex testamento sumendi habeat facultatem, ut sit omnibus commune damnum, quibus etiam communis est religionis furor, cessante videlicet, si quid a patre nostro quibusdam fuerat super testandi iure beneficio speciali concessum. DAT. III ID. MAR. CONSTANT(INO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*VW* [*finit* 863, 4 his est].

1 irritum] *E*, inirritum *V* perfidiam *V* 2 quae] quae de *V* 3 uaesaniam *V*, uesania *E* | memoratae sectae] memorati sint e *E* 4 testandi] *E*, sectandi *V* sit] *V*, sitam *E*

XVI, 5, 26 (395 Mart. 30).

IDEM AA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ne quis haereticorum, quos iam leges innumerae divi genitoris nostri continent, audeat coetus inlicitos congregare profanaque mente omnipotentis dei contaminare mysterium, nec publice nec privatim, nec in secreto nec palam. Nemo audeat episcopi sibi nomen adsciscere vel ecclesiasticum ordinem eorumque sanctissima nomina pollutis mentibus usurpare. DAT. III KAL. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*VE*

1 aaa. *VE* hereticorum *V* legis *E* 2 inlicitus *V* 3 publicae *V* 4 aeclesiasticum *V* | 5 iii] *V*, iiii *E*

XVI, 5, 27 (395 Iun. [?] 24).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Conficiendorum testamentorum dari Eunomianis praecipimus potestatem et concedi id, quod divi genitoris nostri data nuper praeceptio continebat. DAT. VIII KAL. IVL. CONSTAN(TINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*VE*

1 aaa. *VE* 2 concedi] *E*, concedendi *V* genotoris *E* nostri *om. E* 3 iul.] ian. *Gothofredus, nam anno 395 die Nov. 27 Rufinus ppo caesus est, cui successit Caesarius*

XVI, 5, 28 (395 Sept. 3).

IDEM AA. AVRELIANO PROC(ONSVLI) ASIAE. Haereticorum ⌈ vocabulo continentur et latis adversus eos sanctionibus debent subcumbere, qui vel levi argumento iudicio catholicae religionis et tramite detecti fuerint deviare. || Ideoque experientia tua Heuresium haereticum nec in numero sanctissimorum antistitum habendum esse cognoscat. DAT. III NON. SEPT. CONSTAN(TINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROB(INO) CONSS.

IVST. ⌈ autem || *fin.*

*VE.* — IVST. 1, 5, 2.

1 aaa. *VE* proc̄] *E*, pū *V* hereticorum *V* 3 iudicio] *V Iust.*, a iudicio *E* 4 experientie | tue *E* euresium *VE* hereticum *V* 5 sept.] *V*, sebr. *E* (febr. *E**)

XVI, 5, 29 (395 Nov. 24).

IDEM AA. MARCELLO MAG(ISTRO) OFFICIOR(VM). Sublimitatem tuam investigare praecipimus, an aliqui haereticorum vel in scriniis vel inter agentes in rebus vel inter palatinos cum legum nostrarum iniuria audeant militare, quibus exemplo divi patris nostri omnis

1 aaa. *VE* marcello *cf. 6, 29, 8* 2 hereticorum *V* in *om. V* scriminis *E* (criminis | *E**) in rebus] uel in rebus *E* 3 audeat *E* omnibus *E*

et a nobis negata est militandi facultas. Quoscumque autem deprehenderis culpae huius adfines, cum ipsis, quibus et in legum nostrarum et in religionum excidium coniventiam praestiterunt, non solum militia eximi, verum etiam extra moenia urbis huiusce iubebis arceri. DAT. VIII KAL. DECEMB. CONSTANT(INO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*VE*

1 quodcumque *E* 2 adfinis *V* conhibentiam *V*, choibentium *(sic) E* 3 prestiterunt *V* | milicie *E* huiusce] huius *E*

---

VI, 5, 30 (396 [402] Mart. 3).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. CLEARCHO P(RAEFECTO) V(RBI).
Cuncti haeretici procul dubio noverint omnia sibi loca ⌜huius urbis⌝
adimenda esse, sive sub ecclesiarum nomine teneantur sive ⌜quae⌝
diaconica appellantur vel etiam decanica, sive in privatis domibus
vel locis huiusmodi coetibus copiam praebere videantur, his aedibus
1 vel locis privatis ⌜fisco nostro adcorporandis⌝. || Praeterea omnes
clerici haereticorum ex sacratissima urbe pellantur neque his fini-
2 bus liceat convenire. || Ad hoc interdicatur his omnibus ad lita-
niam faciendam ⌜intra civitatem⌝ noctu vel ⌜interdie⌝ profanis coire
conventibus, statuta videlicet condemnatione centum librarum auri
contra officium sublimitatis tuae ⌈, si quid huiusmodi fieri vel in
publico vel in privatis aedibus concedatur. DAT. V NON. MAR. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

IVST.
⌜ ⌝ *om.*
⌜ ⌝ *om.*
⌜ecclesiae catholicae vindicandis⌝ || *finit*
|| *redit*
⌜ ⌝ *om.* ⌜die⌝
⌈ vel praesidale quinquaginta

*VE.* — IVST. 1, 5, 3.

1 aa. *om. E* pu] ppo *E* 2 heretici *V* 3 aeclesiarum *V* 4 decanica] *E Iust. (rel.)*, decanonica *V Iust. (C)* in *om. E*ᵃ 5 huiusmodi ... 6 locis] *Iust.*, *om. VE* 7 hereticorum *V* 7/8 finibus] *Iust.*, linibus *E*, *om. V* 8/9 letanias faciendum *E* 9 interdie] *sic VE*, die *Iust.* 10 conuentibus] conuentionibus *Iust. (praeter Montisp. 83)* 12/13 non.] kal. *Iust. (Hal.)*: *data videtur a. 402 Arcadio V et Honorio V conss. collatis aliis legibus ad Clearchum directis*

---

VI, 5, 31 (396 Apr. 21 vel 22).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Auctores doctoresque Eunomianorum facinoris investigati clericique maxime, quorum furor tantum suasit errorem, e civitatibus pellantur extorres. DAT. XI KAL. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

*VE.* — GEMINA 16, 5, 32.

1 aaa. *E* auctores doctoresque] *sic c. 32*, doctores auctoresque *V*, doctoresque *E* 2 maximi *V* e] ex *E* 3 extorrens *E* 3/4 constantinopoli arc. iiii et hon. iii aa] archadio iiii et honorio iii aa. ss. constantpli *E*, *om. V*

---

VI, 5, 32 (396 Apr. 21 vel 22).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ne Eunomianorum tanta dementia perseveret, sublimis magnificentia tua omni studio auctores doctoresque Eunomianorum investigare festinet clericique eorum maxime, quorum furor tantum suasit errorem, de civitatibus pellantur extorres et humanis coetibus segregentur. DAT. X KAL. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

*VE.* — GEMINA 16, 5, 31.

1 aaa. *E* ne] nec *E* 2 omnes *E* eunominorum *V*ᵃ 3 festinat *E* 4 mai. om. V

XVI, 5, 33 (397 Apr. [?] 1).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Doctores Apollinariorum tota maturitate praecipimus ex aedibus carae nobis abscedere civitatis, ita ut, si obumbrati latebris abire neglexerint, occultos coetus, ut aestimant, habituri, ea loca vel domus, quibus praedictos congregaverint, fisci rationi nectantur. DAT. KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*VE*

1 aaa. *E* apollinarionorum *E* 2 ciuitates abscedere *E* 3 occultus *E* 4 fisca *V* rationi] *Gothofredus*, ratione *VE* 4/5 *mensis parum convenit cum nomine praefecti (vide ad 3, 12, 3)*

XVI, 5, 34 (398 Mart. 4).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eunomianae superstitionis clerici seu Montanistae consortio vel conversatione civitatum universarum adque urbium expellantur. Qui si forte in rure degentes aut populum congregare aut aliquos probabuntur inire conventus, perpetuo deportentur, procuratore possessionis ultima animadversione punito, domino possessione privando, in qua his consciis ac tacentibus infausti damnatique conventus probabuntur agitati. Si vero in qualibet post publicatam sollemniter iussionem urbe deprehensi aut aliquam celebrandae superstitionis gratia ingressi domum probabuntur, et ipsi ademptis bonis ultima animadversione plectantur et domus, in qua ea sorte, qua dictum est, ingressi nec statim a domino dominave domus expulsi ac proditi fuerint, fisco
1 sine dilatione societur. Codices sane eorum scelerum omnium doctrinam ac materiam continentes summa sagacitate mox quaeri ac prodi exerta auctoritate mandamus sub aspectibus iudicantum incendio mox cremandos. Ex quibus si qui forte aliquid qualibet occasione vel fraude occultasse nec prodidisse convincitur, sciat se velut noxiorum codicum et maleficii crimine conscribtorum retentatorem capite esse plectendum. DAT. III NON. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

*VE*

1 aaa. *E* euthiciano *E* 2 montanistui *E* uel] *E*, ue *V* 3 in rure] inruere *E* 4 procuratores *V* 6 iussione *E* 10 materia *E* 11 prodi] *Tilius*, proditi *VE* 12 iudicantum] *V*, eorum iudicantum *E* qui] *V*, quid *E* 13 occultasse] *V*, *om. E* 15 euthitiano *E*

XVI, 5, 35 (399 Mai. 17).

IDEM AA. DOMINATORI VIC(ARIO) AFRIC(AE). Noxios Manichaeos execrabilesque eorum conventus, dudum iusta animadversione damnatos, etiam speciali praeceptione cohiberi decernimus. Quapropter quaesiti adducantur in publicum ac detestati criminosi congrua et severissima emendatione resecentur. || In eos etiam auctoritatis aculei dirigantur, qui eos domibus suis damnanda provisione defendent. DAT. XVI KAL. IVN. MED(IOLANO) THEODORO V. C. CONS.

IVST. || *inc.*

*VE.* — IVST. 1, 5, 4.

1 aaa. *E* manicheos *V* 2 iuxta *VE* 6 uc.] uōc *E*

XVI, 5, 36 (399 Iul. 6).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eunomianis poenam adimendae testamenti factionis peregrinorumque mutandae condicionis remittimus. Patimur eos et donandi e suis facultatibus, ut velint, et dono rursus ab aliis accipiendi habere liberam
1 potestatem. Conciliis vero abstineant, coetus inlicitos derelinquant et sciant sibi inter-

1 aaa. *E* euthiciano *E* poenas *E* 2 que] quae *V* 2/3 dominandi *E*[a] *(E*)* 4 coetos *E* delinquant *E*[a]

dictas esse collectiones aut poenas paratas, ita ut fundi procurator vel domus urbanae villicus, in quibus profana mysteria fuerint celebrata, ultimo supplicio feriantur ipsaque possessio et domus fisco vindicetur, si sciente domino et non prohibente nostrae iussioni
2 fuerit obnisum. Praeterea ministri sceleris, quos falso nomine suo antistites vocant, si in collectione aliqua fuerint conprehensi, deportentur omnibus bonis ablatis. DAT. PRID. NON. IVL. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEODORO V. C. CONS.

*VE*

1 collectionem] *sic V* domos *E* 4 obnixum *E* sceleri *E* suo] *scr.* suos 6 uc.] uic *E*

---

VI, 5, 37 (400 [405] Febr. 26 [25]).

IDEM AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Rescribtum, quod Donatistae a Iuliano tunc principe impetrasse dicuntur, proposito programmate celeberrimis in locis volumus anteferri et gesta, quibus est huiuscemodi allegatio inserta, subnecti, quo omnibus innotescat et catholicae confidentiae stabilita constantia et Donatistarum desperatio fucata perfidia. DAT. V KAL. MAR. RAV(ENNAE) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

*VE*

1 aaa. *E* 2 principem *E* procramate *E* 4 confidentie] *E*, confidentia est *V* desperatio] *fortasse* desperantium fugata *E* 5 *propter annum vide ad 2, 8, 24*

---

VI, 5, 38 (405 Febr. 12).

IDEM AA. ET THEOD(OSIVS) A. EDICTVM. Nemo Manichaeum, nemo Donatistam, qui praecipue, ut conperimus, furere non desistunt, in memoriam revocet. Una sit catholica veneratio, una salus sit, trinitatis par sibique congruens sanctitas expetatur. Quod si quis audeat interdictis sese inlicitisque miscere, et praeteritorum innumerabilium constitutorum et legis nuper a mansuetudine nostra prolatae laqueos non evadat et si turbae forte convenerint seditionis, concitatos aculeos acrioris conmotionis non dubitet exserendos. DAT. PRID. ID. FEB. RAV(ENNAE) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

*VE*

1 aa. et theod. a.] *Ouiacius*, aaa. theod. a. *E*, aaa. *(om. rel.) V* manicheum *V*, manicheos $E^{b}$, manicheus $E^{a}$ 2 fuere *E* 3 sibique] sibi *E* expectatur $VE^{a}$ 4 sese] esse *E* 5 nostram $E^{a}$ laqueos ... turbae] *E*, *om. V* 6 seditiones $E^{b}$ agrioris *E*

---

VI, 5, 39 (405 Dec. 8).

IDEM AAA. DIOTIMO SVO SAL(VTEM). Donatistae superstitionis haereticos quocumque loci vel fatentes vel convictos legis tenore servato poenam debitam absque dilatione persolvere decernimus. DAT. VI ID. DECEMB. RAV(ENNAE) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

*VE*

1 diodimo *E: proconsul Africae* hereticos *V*

---

VI, 5, 40 (407 Febr. 22).

IDEM AAA. SENATORI P(RAEFECTO) V(RBI). ˹Quid de Donatistis sentiremus, nuper ostendimus. Praecipue tamen Manichaeos vel Frygas sive Priscillianistas˺ meritissima severitate persequimur. Huic itaque hominum

IVST.
˹Manichaeos seu Manichaeas vel Donatistas˺

---

1 pu] *V Iust. (WQ)*, ppo *E Iust. (rel.); cf. Tillemont Honor. not. 23* 2 donatis..s $E^{a}$, donatis $E^{b}$ 3 manicheos *V* frygas] *V*, frigas *E* priscilianistas *VE*

1 generi nihil ex moribus, nihil ex legibus sit commune cum ceteris. Ac primum quidem
volumus esse publicum crimen, quia quod in religionem divinam committitur, in omnium
2 fertur iniuriam. Quos bonorum etiam publicatione persequimur, quae tamen cedere iube-
mus proximis quibusque personis, ita ut ascendentium vel descendentium vel venientium ex
latere cognatorum usque ad secundum gradum velut in successionibus ordo servetur. Qui-
bus ita demum ad capiendas facultates esse ius patimur, si non et ipsi pari conscientia
3 polluuntur. Ipsos quoque volumus amoveri ab omni liberalitate et successione quolibet
4 titulo veniente. Praeterea non donandi, non emendi, non vendendi, non
5 postremo contrahendi ⌜cuique⌝ convicto relinquimus facultatem. In
mortem quoque inquisitio ⌜tendit⌝. Nam si in criminibus maiestatis licet
memoriam accusare defuncti, non inmerito et hic debet subire iudicium.
Ergo et suprema illius scribtura inrita sit, sive testamento sive codicillo
sive epistula sive quolibet genere reliquerit voluntatis qui ⌜aut⌝ Mani-
chaeus ⌜aut Fryga aut Priscillianista⌝ fuisse convincitur, hoc quoque
casu eadem illa circa gradus superius conprehensos condicione servata:
⌜alioquin⌝ nec filios heredes existere aut adire permittimus, nisi a paterna
6 pravitate discesserint: delicti enim veniam paenitentibus damus ⌜. Ser-
vos ⌜etiam⌝ extra noxam esse volumus, si dominum sacrilegum ⌜reverten-
7 tes⌝ ad ecclesiam catholicam servitio fideliore transierint. ‖ Praedium,
quo se huiusmodi hominum coetus, domino, etsi non communione criminis
implicato, sciente tamen nec prohibente, contraxit, patrimonio nostro socie-
tur, ac, si dominus ignoravit, actor vel procurator possessionis cohercitus plumbo perpeti
8 metallorum operi deputetur, conductor, si idoneus est, deportabitur. Rector pro-
vinciae, si haec crimina dissimulatione vel gratia delata distulerit aut convicta neglexerit,
sciat se multa viginti librarum auri feriendum. Defensores quoque et principales urbium
singularum nec non et officia provincialia decem librarum auri poena constringet, nisi
in his, quae a iudicibus super hoc praecepta fuerint, exsequendis et sagacissimam curam
et sollertissimam operam commodarint. DAT. VIII KAL. MART. ROM(AE) HONORIO VII ET
THEODOSIO II AA. CONSS.

IVST.
⌜cuiquam⌝
⌜tendatur⌝
⌜ ⌝ *om.*
⌜ ⌝ *om.*
⌜sed⌝
⌜ *interponuntur alia*
⌜insuper⌝
⌜evitantes⌝
‖ *fin.*

*VE.* — IVST. 1, 5, 4.

2 religionem diuinam] *scripsi*, religione diuina *VE* committimur *E* 3 quae (qui *VE*) . . . 7 polluuntur] *VE cum Basilicis, om. Iust. (libri Latini cum Graecis excerptis)* 5 conatorum *E* 6 ad] *V*, de *E* 7/8 liberalitate et successione q. t. ueniente] *Iust.*, liberalitatis et successionis q. t. uenientes *VE* 8 non uendendi non emendi *Iust. (praeter M)* 9 relinquimus] tribuimus *Iust. (praeter W)* 11 iudicio *E* 12 supprema *V* 13/14 manicheus *V* 14 fryga] *V*, friga *E* priscilianista *VE* 14/15 hoc quoque casu *(om. E)* eadem illa circa gradus (grados *V*) s. conprehensos (-sus *E*[a]) cond. seruata] *VE cum Basilicis, om. Iust. libri Latini cum Nomoc. et Const.* 16 heredes] *Iust., om. VE* 18 nosxam *V*[1] domnum *E* 18/19 reuertentes] *V*, reuerentes *E*, *fortasse scr.* relinquentes 19 aeclesiam *V* 19/20 praedium quo se] *scripsi*, praeferri *V*, perferri *E*, praedium quod *Gothofredus* 22 ignorabit *V* 22/23 perpeti] *scripsi*, perpetui *VE* 24 crimina dissimulatione] crimen ad dissimulationem *E* 25 sciat] sotiat *(sic) E*[a] 26 constringit *E* 27 a *om. E* 27/28 sagacissimam c. et sollertissimam] *V*, sanctissimam *E* 28 commodarent *E* mart.] *VE*, mai. *Iust. (Hal.)*

XVI, 5, 41 (407 Nov. 15).

IDEM AAA. PORFYRIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Licet crimina soleat poena purgare, nos tamen pravas hominum voluntates admonitione paenitentiae volumus emendare. Quicumque igitur haereticorum, sive Donatistae sint sive Manichaei vel cuiuscumque alterius pravae opinionis ac sectae profanis ritibus adgregati, catholicam fidem et ritum, quem per omnes homines cupimus observari, simplici confessione susceperint, licet adeo inveteratum malum longa ac diuturna meditatione nutriverint, ut etiam legibus ante latis

1 proc̄] *E*, p̄ū *V* 2 admonitionem *E* 3 hereticorum *V* sint *om. E* manichei *V* 4/5 et ritum quem per] *V*, meritumque *E* 5 licet] *E*, liceat *V*

videantur obnoxii, tamen hos, statim ut fuerint deum simplici religione confessi, ab omni noxa absolvendos esse censemus, ut ad omnem reatum, seu ante contractus est seu postea quod nolumus contrahitur, etiamsi maxime reos poena videatur urgere, sufficiat ad abolitionem errorem proprio damnavisse iudicio et dei omnipotentis nomen, inter ipsa quoque pericula requisitum, fuisse conplexum, quia nusquam debet in miseriis invocatum religionis deesse subsidium. Ut igitur priores quas statuimus leges in excidium sacrilegarum mentium omni executionis urgueri iubemus effectu, ita hos, qui simplicis fidem religionis licet sera confessione maluerint, censemus datis legibus non teneri. Quae ideo sanximus, quo universi cognoscant nec profanis hominum studiis deesse vindictam et ad rectum redundare cultum legum quoque adesse suffragium. DAT. XVII KAL. DEC. ROM(AE) HONORIO VII ET THEODOSIO II AA. CONSS.

*VE*

3 contrahetur *Gothofredus* sufficia *E* 3/4 ad obolitionem *V* 4 errorem] *Cuiacius*, errorum *VE* 5 miseriis] *E*, miseris *V* 6 ut *om. E* 7 effectu ita] *V*, effici uita *E* hos] *Cuiacius*, his *VE* fidem] *Haenel*, fide *VE* 8 confessionem *E* maluerint] maluerit *E* non] *V*, *om. E* sancximus *VE* 9 quo] quae *E* uindictam] *V*, dictam *E* 10 rom̄] *V*, romam *E* 11 aa. *om. V*

I, 5, 42 (408 Nov. 14).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. OLYMPIO MAG(ISTRO) OFFICIORVM ET VALENTI COM(ITI) DOMESTICORVM. Eos, qui catholicae sectae sunt inimici, intra palatium militare prohibemus, ut nullus nobis sit aliqua ratione coniunctus, qui a nobis fide et religione discordat. DAT. XVIII KAL. DEC. RAV(ENNAE) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

*VE*

3 ut *om. E*

I, 5, 43 (408 [407] Nov. 15).

IDEM AA. CVRTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnia, quae in Donatistas, qui et Montenses vocantur, Manichaeos sive Priscillianistas vel in gentiles a nobis generalium legum auctoritate decreta sunt, non solum manere decernimus, verum in executionem plenissimam effectumque deduci, ita ut aedificia quoque vel horum vel || ⌜Caelicolarum etiam, qui⌝ nescio cuius dogmatis novi conventus habent, ecclesiis vindicentur. || Poena vero lege proposita veluti convictos tenere debebit eos, qui Donatistas se confessi fuerint vel catholicorum communionem refugerint scaevae religionis obtentu, quamvis Christianos esse se simulent. ET CETERA. DAT. XVII KAL. DEC. ROM(AE) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

| IVST. | |
|---|---|
| || *inc.* | ⌜Aedificia autem eorum quae⌝ |
| || *fin.* | |

*VE*. — IVST. 1, 9, 12. — SIRM. 12 *integra*.

1 aa̅] aaa. *E*, *om. V* 1/2 monteses *V* 2 manicheos *V* priscillianistas] *E*, priscilianistas *V Sirm.* 3 in executionem] *V Sirm.*, etiam exequtionum *E* 5 cellicolarum *E* qui] *edd.*, quae *VE*, *om. Sirm.* 5/6 docmatis *VE*ª 6 aeclesiis *V* 7 uelut *Sirm.* conuinctos *V* 8 se] esse *E* 9 catholicorum] c. sacerdotum *Sirm.* sceuae *V*, scaeu•• *E*ª, sanctaeue *E*ᵇ*(E*)* *post* obtentu *ins.* communionem refugerint *Sirm.* 10 se *om. E* *subscriptio huiusce capitis et alterius 16, 10, 14 explenda videtur ex exemplo pleno Sirm. 12:* dat. uii *(sic Sirm.*, xuii *Th.)* k. Dec. Romae [proposita Karthagine in foro sub programmate Porphyrii proconsulis non. Iun.] Basso et Philippo conss., *omissis scilicet iis quae uncis inclusimus, relato die ad subscriptionem, consulibus ad propositionem in Africa. Scilicet a. 407 extremo et 408 incipiente Honorium Romae fuisse constat, a. 408 extremo eum ab urbe afuisse. Denique leges habemus datas ad Curtium praefectum praetorio* (a. 408 Febr. 3 et *407 [?] Apr. 7), ad Porphyrium proconsulem datam a. 407 Nov. 15*

XVI, 5, 44 (408 Nov. 24).

IDEM AA. HAVE, DONATE, KARISSIME NOBIS. Donatistarum haereticorum Iudaeorum nova adque inusitata detexit audacia, quod catholicae fidei velint sacramenta turbare. Quae pestis cave contagione latius emanet ac profluat. In eos igitur, qui aliquid, quod sit catholicae sectae contrarium adversumque, temptaverint, supplicium iustae animadversionis expromi praecipimus. DAT. VIII KAL. DEC. R(A)V(ENNAE) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

*VE*

1 aaa. habe *E* Donate] *proconsul Africae* k nb *E* hereticorum *V* 2 inusitate *E* quod] quo *scr.* uellit *E* 3 caue contagione] *scripsi*, atque contagionis *E*, adque contagionis si *V* 4 temtauerit *E*

XVI, 5, 45 (408 Nov. 27).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O II. Defensorum curialium omniumque officiorum specula custodiat, ne quis intra aliquam civitatem vel ulla territorii parte secreta, qui ab ecclesiae catholico sacerdote dissidet, inlicitae coitionis habeat facultatem. Ipsa etiam loca iuri publico sociari seclusa omni excusatione censemus et proscribtos eos in exilium detrudi, qui audent disputare ea et adserere, quae institutio divina condemnat. DAT. V KAL. DEC. R(A)V(ENNAE) BASSO ET FIL(IPPO) CONSS.

*VE*

1 aaa. *E* ii *om. E* curalium *V* 2 custodiant *E* ulla] ultra *V*[a] 3 aeclesiae *V*, ecclesia *E* catholico] *V*, catholice *E* sacerdotem dissidit *E* cohitionis *V* 4 excusatione] *E*, executione *V*

XVI, 5, 46 (409 Ian. 15).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O II. POST ALIA: Ne Donatistae vel ceterorum vanitas haereticorum aliorumque eorum, quibus catholicae communionis cultus non potest persuaderi, Iudaei adque gentiles, quos vulgo paganos appellant, arbitrentur legum ante adversum se datarum constituta tepuisse, noverint iudices universi praeceptis earum fideli devotione parendum et inter praecipua curarum quidquid adversus eos decrevimus non ambigant exsequendum. Quod si quisquam iudicum peccato coniventiae exsecutionem praesentis legis omiserit, noverit amissa dignitate graviorem motum se nostrae clementiae subiturum, officium quoque suum, quod saluti propriae contempta suggestione defuerit, punitis tribus primatibus condemnatione viginti librarum auri plectendum. Ordinis quoque viri si in propriis civitatibus vel territoriis commissum tale aliquid siluerint in gratiam noxiorum, deportationis poenam et propriarum amissionem facultatum se noverint subituros. DAT. XVIII KAL. FEB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

*VE.* — SIRM. 14 *integra.*

1 aaa. *E* ppo ii] *V*, ppo *E*, ū inl ppo *Sirm.* donatistas *E* 2 hereticorum *V* eorum] *Sirm.*, error *VE* cultustus *V*[1] 4 se datarum (daturum *E*) *om. Sirm.* tepuisse] *E*, efuisse *V*, cepisse *Sirm.* earum] *Sirm.*, eorum *VE* 5 curarum] *Sirm.*, *om. VE* 5/6 non ambigant *om. Sirm.* 6 exequendum *V*[a] quod *om. Sirm.* peccato] *Sirm.*, loco *VE* conhibentiae *V*, cohnibentie *E*[a], conibentie *E*[b] 7 praesensentis *V* obmiserit *E* nouerit *om. Sirm.* dignitatem *E*[a] 8 suggessione *E* 9 plectendum] subdendos *Sirm.* ordinis] *Sirm.*, ordines *VE* 10/11 in gratiam noxiorum] gratia obnoxiorum *Sirm.* 11 amissione *V* 12 dat. xuiii (*Sirm.*, xuiiii *E*, xuii *V*) k. febr. rau (*sic V*, rauenna *E et post* conss. *Sirm.*) (dd. nn. *ins. Sirm.*) hon. uiii (uiiii *Sirm.*, uii *VE*) et th. iii (u *Sirm.*) aa. *libri; Sirmondiana lectio quae ducit ad a. 412, ideo reicienda est, quod leges ad Theodorum datae eatenus non perveniunt*

XVI, 5, 47 (409 Iun. 26).

IDEM AA. IOVIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis contra ea, quae multipliciter pro salute communi, hoc est pro utilitatibus catholicae sacrosanctae ecclesiae, adversus

1 aaa. *E* iouio] *E*, iouiano *V* 2 aduersus] et diuersos *E*

haereticos et diversi dogmatis sectatores constituta sunt, etiam cum adnotationis nostrae beneficio venire temptaverit, careat impetratis. ET CETERA. DAT. VI KAL. IVL. RAV(ENNAE) HONORIO VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

*VE*

1 hereticos *V* 2 carea *E*[a]

VI, 5, 48 (410 Febr. 21).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Montanistas et Priscillianistas et alia huiuscemodi genera nefariae superstitionis per multiplicata scita divalia diversa ultionum supplicia contemnentes ad sacramenta quidem militiae, quae nostris obsecundat imperiis, nequaquam admitti censemus: si quos vero ex his curialis origo vel ordinum nexus aut cohortalinae militiae inligat obsequiis et functionibus, his adstringi praecipimus, ne sub colore damnatae religionis eliciant vacationis cupitae sibi suffragia. Nec enim placet ex lege, quae in occidentalibus partibus promulgata praedictas caerimonias ita insecuta est, ut ab omni contractu eos et propemodum Romana conversatione submoverit, cohortalis militiae vel curiarum eos necessitatibus liberari. DAT. VIIII KAL. MAR. CONSTANT(INO)P(OLI) VARANE V̄. Ū. CONS.

*VE*

1 aaa. *E* priscillianistas] *E*, priscilianistas *V* 2 per] *malim* post scita] secta(?) *E*[a] 4 curialis origo uel ordinum nexus] *requiritur* origo aut curiali ordinum nexui 5 quohortarine *E* 6 uocationis *E*

VI, 5, 49 (410 Mart. 1).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Manentibus his, quae in Eunomianos lex divi patris clementiae nostrae iam dudum constituit, nihil deinceps invicem sibi vel donare vel ipsos donatione consequi, nihil item relinquere nec capere testamento decernimus. Careant emolumentis, quae ex donationibus vel morientium voluntate alternis solebant inlecebris fraude et circumventione percipere, ut in totum utriusque iuris communione priventur tantumque eis ab intestato succedant, quos ad succedendi ius proditus veteribus legibus ordo praescribsit, ita ut, si nullus ex his superstes fuerit, qui iure ab intestato ad hereditatem vocantur, tunc bona in hac superstitione defuncti ad fiscum nostrum pertineant. Donationes etiam praedicto more prohibitae sacrarii nostri incrementis accedant, ita tamen, ut nulli ex his quicquam a nostra munificentia deposcere liceat neminique percipere, etsi quid forte voluerimus ultro largiri, sed in iure fisci maneant semper, nisi ea publicae utilitatis ratio venditioni subiecerit. DAT. KAL. MART. VARANE V̄. C̄. CONS.

*VE*

1 aaa. *E* quae] que *V*, qui *E* eonomianos *E* 2 nostrae] *V*, meae *E*: *obstat ei lectioni quod lex data est in Oriente* sibi inuicem *E* 4 quae] qua *V* uoluntatem *E* 6 quos] *Cuiacius*, quod *VE* 7 superstis *VE* 8 uocantur] *E*, uocatur *V* hanc *V* 9 predito *E* 12 uinditionis obtegerit *E* 13 uic *E* conss. *V*

VI, 5, 50 (410 Mart. 1).

IDEM AA. AD STRATEGIVM C(OMITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). DE EADEM RE ADDITO: Ita ut officium rerum privatarum aperte cognoscat ad proprium periculum redundare, si quid umquam ex praedictis bonis dissimulatione sua cuiquam passum fuerit tradi, cum nullo

1 aaa. *E* crp] *V*, crp. *E* addito] *fortasse* additur 3 simulatione *E*

modo nullaque ratione huius legis auctoritatem circumveniri oporteat. DAT. KAL. MAR. VARANE V. C. CONS.

---

*VE*

1 legis a. c. oporteat] regis auctoritate c. oportet *E* 2 uarane] *V*, rauenna uarane *E*; *ob- stat loco constitutio quae praecedit* uic. consulibus *E*

---

XVI, 5, 51 (410 Aug. 25).

IDEM AA. HERACLIANO COM(ITI) AFRIC(AE). Oraculo penitus remoto, quo ad ritus suos haereticae superstitionis obrepserant, sciant omnes sanctae legis inimici plectendos se poena et proscribtionis et sanguinis, si ultra convenire per publicum execranda sceleris sui temeritate temptaverint. DAT. VIII KAL. SEPT. VARANE $\overline{V}$. $\overline{C}$. CONS.

---

*VEYDO.* — GEMINA 16, 5, 56.

1 aaa. *VE* oraculo p. remoto *om. gem.* 1/2 quo (quod *YDO*) ad ritus (ritos *E*) suos haereticae (hereticae *V*) superstitionis (*sic VE* $Y^a$*D*, -nes $Y^b$*O*) obrepserant (surrepserant *O*) sciant (*om. E*) omnes] sciant omnes qui ad r. s. haeresi (*vel* -sis) superstitionis obrepserant *gem.* 2 sanctae] sacrosanctae *gem.* leges *V* 3 poenas $Y^a$ execranda] exercendi *gem.* sceleri *E* 4 *post* temptaverint *add.* neque vera divinaque reverentia contagione temeretur *gem.*
uarane (uarano $Y^2$, uarrone *O*) $\overline{uc}$ cons. ($\overline{uic}$ cons. *E*)] honorio x et theodosio ui $\overline{aa}$ conss. *gem.*

---

XVI, 5, 52 (412 Ian. 30).

IDEM AA. SELEVCO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cassatis, quae pragmaticis vel adnotatione
manus nostrae potuerint impetrari, et manentibus his, quae iam dudum super hoc defi-
nita sunt, et veterum principum sanctione servata, nisi ex die prolatae legis omnes Dona-
tistae, tam sacerdotes quam clerici laicique, catholicae se, a qua sacrilege descivere, red-
diderint, tunc inl(ustres) singillatim poenae nomine fisco nostro auri pondo quinquaginta
cogantur inferre, spectabiles auri pondo quadraginta, senatores auri pondo triginta, cla-
rissimi auri pondo viginti, sacerdotales auri pondo triginta, principales auri pondo viginti,
decuriones auri pondo quinque, negotiatores auri pondo quinque, plebei auri pondo quin-
1 que, circumcelliones argenti pondo decem. Qui nisi a conductoribus, sub quibus con-
manent, vel procuratoribus executori exigenti fuerint praesentati, ipsi teneantur ad
poenam, ita ut nec domus nostrae homines ab huiuscemodi censura habeantur inmunes.
2. 3 Uxores quoque eorum maritalis segregatim multa constringat. Eos enim, quos nequa-
4 quam inlata damna correxerint, facultatum omnium publicatio subsequetur. Servos
etiam dominorum admonitio vel colonos verberum crebrior ictus a prava religione revo-
5 cabit, ni malunt ipsi ad praedicta dispendia, etiam si sunt catholici, retineri. Clerici
vero ministrique eorum ac perniciosissimi sacerdotes, ablati de Africano solo, quod ritu
sacrilego polluerunt, in exilium viritim ad singulas quasque regiones sub idonea pro-
secutione mittantur, ecclesiis eorum vel conventiculis praediisque, si qua in eorum eccle-

---

1 aaa. $EY^2$ $\overline{ppo}$] $\overline{pso}$ *YD* pragmaticis] *Gothofredus*, pragmatici *VEYDO* uel *om. YD* adnotationem *E* 2 nostrae manus *O* impetrare *YD* iam] *YDO*, etiam *VE* 3 nisi] nisi se *O* 4 catholice se a *E*, catholicis ea *V*, catholicae sectae a *O*, catholicae sectae *YD* qua] quos *YD* describere *E*, desciuerunt *O* 4/5 reddiderunt *E* 5 inlustris *E* pondus *E*, *item infra v. 6. 7. 8. 9* 6 auri pondo *hic et deinceps om. O* 7 uginti *V* triginta] tringinta $V^a$, uiginti *YDO* principales (prinpales *E*) a. p. uiginti *om.* $Y^a$ 8 negotiatores a. p. quinque *om.* $EY^a$ 8/9 plebei a. p. quinque *om.* $Y^a$ 9 circumcaeliones *VW*, circumcilio-nes $E^b$, circumci.liones $E^a$ 10 executori] et exsecutoribus *O*, executoribus *YD* exigenti] *scripsi*, exigendi *V*, exegendi *E* 11 nec] *WE*, ne *VYD* ab] *WE*, ad *V* huiusmodi *O* 12 enim] *fortasse* dein 13 subsequitur *WE*, consequetur *O* 13/14 seruos e. d. a. uel colonos (-nus *E*)] *scribendum* seruos e. uel colonos d. a. uel 14/15 reuocaret *E* 15 ad] a *E*, se ad *YDO* retinere *Y*, reteneri *W* 16 minisque $Y^1$ pernitiosissimi *W* 17 religionis *E* 17/18 persecutione *D* 18 ecclesiis] *sic hoc loco et mox V* uel] et *YDO*

sias haereticorum largitas prava contulit, proprietati potestatique catholicae, sicut iam dudum statuimus, vindicatis. DAT. III KAL. FEB. R(A)V(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*VW [incipit* 872, 8 auri pondo quinque*] EYDO.*

1 hereticorum *VW* proprietatique (*om.* potestati) *E* 3 $\overline{aa}$] ā *W, om. O*

---

VI, 5, 53 (412 [398?] Mart. 6).

IDEM AA. FELICI P(RAEFECTO) V(RBI). Iovinianum sacrilegos agere conventus extra muros urbis sacratissimae episcoporum querella deplorat. Quare supra memoratum corripi praecipimus et contusum plumbo cum ceteris suis participibus et ministris exilio coherceri, ipsum autem machinatorem in insulam Boam festina celeritate deduci, ceteros, prout libuerit, dummodo superstitiosa coniuratio exilii ipsius discretione solvatur, solitariis et longo spatio inter se positis insulis in perpetuum deportari. Si qui autem pertinaci inprobitate vetita et damnata repetiverit, sciat se austeriorem sententiam subiturum. DAT. PRID. NON. MART. MED(IOLANO) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*VWEYDO*

1 aaa. *E* filici *W* pū] *W*, $\overline{ppo}$ *VE*, $\overline{pfo}$ *YD*, preposito *O*: *illam lectionem veram esse ex argumento legis colligitur, consentitque altera 6, 2, 21, quae, quamquam provinciarum mentionem facit, recte ad praefectum urbi dari potuit tractans de gleba senatoria* iouinianum] *O emendans*, iouianum *VWEYD* 2 sacratissae *W*, sacratissima *YDO* episcorum *W* querella] *W*, quaerella *V* memorato *E* 3 contuso *E*, contunsum $Y^2D^2O$ 4 autem *om. O* festinuo *E* 5 superstiosa *W* 5/6 solitariis . . . 6 positis insulis] *VWE*, eis in solitarias inter se in longo sp. positas insulas *O*, solitariis in longo spatio inter se positas insulas *YD* 6 deportari] *scripsi*, deportatis *libri* quis *EO* 7 uetitata *W* sentiam *W* 8 aa.] *VE*, *om. WYDO* *Cum argumentum (cf. Tillemont ad Honorium not. 34) tum locus abhorrent ab a. 412; magistratus* (6, 2, 21) *ducit ad a. 398 Honorio A. IIII et Eutychiano conss.*

---

VI, 5, 54 (414 Iun. 17).

IDEM AA. IVLIANO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Donatistas adque haereticos, quos patientia clementiae nostrae nunc usque servavit, conpetenti constituimus auctoritate percelli, quatenus evidenti praeceptione se agnoscant et intestabiles et nullam potestatem alicuius ineundi habere contractus, sed perpetua inustos infamia a coetibus honestis et a conventu
1 publico segregandos. Ea vero loca, in quibus dira superstitio nunc usque servata est, catholicae venerabili ecclesiae socientur, ita ut episcopi presbyteri omnesque antistites eorum et ministri spoliati omnibus facultatibus ad singulas quasque insulas adque pro-
2 vincias exulandi gratia dirigantur. Quisque autem hos fugientes propositam ultionem occultandi causa susceperit, sciat et patrimonium suum fisci nostri conpendiis adgregan-
3 dum et se poenam, quae his proposita est, subiturum. Damna quoque patrimonii poenasque pecuniarias evidenter inponimus viris mulieribus, personis singulis et dignitatibus pro qualitate sui quae debeant inrogari. Si igitur proconsulari aut vicariano vel comitivae primi ordinis quisque fuerit honore subcinctus, nisi ad observantiam catholicam mentem propositumque converterit, ducentas argenti libras cogetur exsolvere fisci nostri utilitatibus adgregandas. Ac ne id solum putetur ad resecandam intentionem posse sufficere, quotienscumque ad communionem talem accessisse fuerit confutatus, totiens multam exigatur, et si quinquies eundem constiterit nec damnis ab errore revocari, tunc ad

1 proc̄] *WE*, pū *V* hereticos *V*, eritocos *W* patientiae (*vel* patientiac) *W* 2 seruabit *E* percelsi *W*, precelli *E* 3 praeceptione] *Tilius*, praeceptioni *VW*, preceptionis *E* nullam] in ullam *E* 4 contractus *om. VE* inustus *W* infamiam *E* a *om. W* 5 publico] plico $V^1$ 6 aeclesiae *V* 7 ad] sad *E* 8 exultandi *E* quisque] *VE*, quisquis *W* hoc *E* 10 est] et *E* 12 si *om. E* 13 *post* inrogari *videtur excidisse* determinantes *vel simile vocabulum* obseruiam *W*, obseruantia *E* 14 propositumque] pr..itumque *W*, propositum *E* 16 multa *E*, *inc. W* 17 uocari *E*

nostram clementiam referatur, ut de solida eius substantia ac de statu acerbius iudice-
4 mus. Huiusmodi autem condicionibus etiam honoratos reliquos obligamus, scilicet ut senator, qui nullo munitus extrinsecus privilegio dignitatis, inventus in grege Donatistarum centum lib(ras) solvat argenti, sacerdotales eandem summam cogantur exsolvere, decem primi curiales quinquaginta libras argenti addicantur, reliqui decuriones X solvant
5 libras argenti, quicumque in haeresi maluerint permanere. Conductores autem domus nostrae si haec in praediis venerabilis substantiae uti permiserint, tantum pensione poenae nomine cogantur inferre, quantum in conductione pensitare consuerunt. Eadem quoque
6 enfyteuticarios auctoritas sacrae definitionis adstringet. Conductores vero privatorum si permiserint in isdem praediis conventicula haberi vel eorum patientia sacrum mysterium fuerit inquinatum, referatur per iudices ad scientiam dominorum, quorum intererit, si poenam volunt sacrae iussionis evadere, aut errantes corrigere aut perseverantes commutare ac tales praediis suis praebere rectores, qui divina praecepta custodiant. Quod si procurare neglexerint, hi quoque in pensiones, quas accipere consuerunt, prolatae praeceptionis auctoritate multentur, ut, quod ad conpendia eorum pervenire poterat, sacro
7 iungatur aerario. Officiales autem diversorum iudicum si in hoc errore fuerint deprehensi, ad triginta lib(rarum) argenti inlationem poenae nomine teneantur, ita ut, si quin-
8 quies condemnati abstinere noluerint, coherciti verberibus exilio mancipentur. Servos vero et colonos cohercitio ab huiusmodi ausibus severissima vindicabit. Ac si coloni verberibus coacti in proposito perduraverint, tunc tertia peculii sui parte multentur.
9 Adque omnia, quae ex huiusmodi generibus hominum locisque colligi poterunt, ad largitiones sacras ilico dirigantur. DAT. XV KAL. IVL. R(A)V(ENNAE) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

---

*VWE*

1 acerbius] *W*, aceruius *V* 2 honeratos *E* 3 senatus *W* munitus] monitus *E*, *scr.* munitur 4 argenti lib soluat *W* 5 relequi decurionis *W* decim ... 6 maluerint *bis E* 6 heresim *E (utroque loco)*, haeresi *(sic hoc loco) V* 7 uti] *scr.* uti fiant tantum] *WE*, tantam *V* pensione] *W*, pensionem *VE* 9 adstringit *E* 10 hisdem *VWE* potentia *E* 11 fuerint *V* iniquitatum *E* referatur] *W*, referetur *V*, referretur *E* 12 errantes] *Gothofredus*, certantes *libri*, cedentes *Seeck* 14 procare *W* hii *WE* 15 molientur *E* ut *om. V* conpedia *V* 16 iungantur *E* si *om. E* 16/17 depraehensi *VW* 17 inlatione *VE* teantur *W* 18 noluerint *W* coherciti] *V*, cohertici *W*, coheretici *E* mancipentus *W* 19 colonus *W* cohercitio] *V*, cohertitio *W* 20 partem *W* 21 adque *bis V* omni *E* ex *om. V* 21/22 largitionis *W* 22 constante] constante aa. *E*

---

XVI, 5, 55 (414 Aug. 30).

IDEM AA. IVLIANO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). ⸢Notione et sollicitudine Marcellini spect(a)b(ilis) memoriae viri contra Donatistas gesta sunt ea, quae⸣ translata in publica monumenta habere volumus perpetuam firmitatem. || Neque enim morte cognitoris perire debet publica fides. DAT. III KAL. SEPT. ROM(AE) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

⸢Gesta, quae sunt⸣ IVST.

|| *fin.* IVST.

---

*VWE.* — IVST. 7, 52, 6.

1 proc̄] *VW*, p̄u *V* notitione *E* 2 sollicitudinem *E* ⸢3 que *VW* publicam *W* 4 perpetim *E* 5 parare debit *W* 6 rom.] *V*, romae *W*, roma *E*: *fortasse scr.* Ravennae, *unde datae sunt huius anni leges reliquae, cum consulatum tueatur magistratus* constante] c. aa. *E*

---

XVI, 5, 56 (415 Aug. 25).

IDEM AA. HERACLIANO COM(ITI) AFRIC(AE). Sciant cuncti, qui ad ritus suos haeresi superstitionis obrepserant, sacrosanctae legis inimici plectendos se poena et proscribtionis et

---

1 herisi *W*, heresis *VE* 1/2 supersimonis *W* 2 poenam *E*

sanguinis, si ultra convenire per publicum exercendi sceleris sui temeritate temptaverint, ne qua vera divinaque reverentia contagione temeretur. DAT. VIII KAL. SEPT. HONORIO X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

*VWE.* — GEMINA 16, 5, 51 *(ubi vide).*

1 conuinere *W* sceleris uitae meritate *E* 2 uero *E*ᵃ reuentia *V*¹ 3 ui *om. E* | aa.] a. (?) *W*

VI, 5, 57 (415 Oct. 31).

IDEM AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O II. Montanistae conveniendi vel celebrandi
coetus ademptam sibi et creandi clericos omnem intellegant facultatem, ita ut, si con-
ventus inlicitos celebraverint, clerici eorum et episcopi sive presbyteri vel diaconi, qui
nefaria conventicula ineunda temptaverint vel creare clericos ausi fuerint vel etiam creari
1 adquieverint, stilum deportationis excipiant. Hi vero, qui ad celebrandos interdictos
conventus eos susceperint, ea ipsa re, in qua hoc fieri concesserint et execrabilia mysteria
celebrari, procul dubio intellegant se spoliandos, sive domus ea fuerit sive possessio; si
vero procuratores ignorantibus dominis eos susceperint, in exilium se vehementer coher-
2 citos non ambigant ablegandos. Si qua etiam propria eorum nunc extant aedificia,
quae non ecclesiae, sed antra debent feralia nominari, venerabilibus ecclesiis orthodoxae
sectae cum donariis addicentur. Quod quidem ita fieri oportebit, ut abstineatur privato-
rum rebus, ne sub obtentu rerum ad ecclesias Montanistarum pertinentium adversus pri-
vatos spoliatio ac direptio perpetretur. DAT. PRID. KAL. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) HONOR(IO)
X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

*VWE*

1 ii ppo *W* montanisiae *E* conuiniendi *W* cebrandi *V* 2 ademtum *E* 3 diac *WE* 4 nefariam conuenticulam *E* 5 hii *WE* 6 conuentos *W* cesserint *E* et *om. W* exsecrabiliam *W*, ea secrabilia *E* 7 celebrari] *E*, celebrare *VW* se] *Beck, om. libri* 7/8 si uero] *Beck,* siue *libri* 8 exilio *E* | 9 obligandos *W*, obligando *E* etiam propria eorum (eor. propria *W*) nunc] *scr.* etiamnunc pr. eorum extent *W*, ex tanta *E* 10 aeclesiae *V* uenerabilibus nominari *V*¹ aeclesiis *V* 11 rectae *W* 12 aeclesias *V* 13 spolia *E* 13 constantinopoli ... 14 aa. conss.] constan****** conss. *W*

VI, 5, 58 (415 Nov. 6).

IDEM AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O II. Domus Eunomianorum propriae cleri-
corum, quae apud inclytam urbem habentur, fisci viribus addicantur, in quibus nefarios
conventus habitos vel iteratum baptisma claruerit, quod in modum semel nati hominis
1 semel a deo conceditur. Quod facinus ne etiam a ceteris haereticis perpetretur, com-
monemus, similem exspectaturis poenam etiam aliis clericis haereticis, si divinum baptisma
2 nefarie crediderint iterandum: ne eo quoque extra poenam relegationis futuro, qui
sponte adque ultro passus fuerit ad secundum se baptisma et geminata semel indultae
3 fidei mysteria inbui temere vel perperam devocari: pari poena deportationis absque
alicuius intercessione in Eunomianos clericos processura, si conventus exercere vel in hac
inclyta urbe vel in provinciis, civitatibus ac territoriis vel creare ausi fuerint clericos
4 pestiferi dogmatis vel creari. Confirmatis itaque prioribus legibus, quae promulgatae
sunt tam circa inhibendos conventus Eunomianorum quam etiam circa interdictas novissi-
mas voluntates aut liberalitates, illud addimus, ut, si qui de Eunomianis speciali beneficio

1 ppo ii *om. W* 2 inclytam] *sic VW* quibus] *W*, quas *VE* nefarius *E* 3 conuento(?)s *W* homines *E* 4 hereticis *VW* 5 expectaturis] specta***** *W* hereticis *VW* 6 nefariae *V*, nefaria *E*, nefa*** *W* 7 geminata semel indultae (indul** *W [Krueger]*, indulta *W [Maius]*)] *VW*, geminatas et indulte *E* | 8 fide *V*, **de *W*, fidem *E* temere] et emere *W (W*ᵃ *secundum Maium)*, temnere *E* 10 inclyta] *sic VW* urbem *E* 11 pestifere *vel* pestiferei *W* dogmatis ***** prioribus *(mediis omissis) W* 12 tam] tamen *V*¹ inhibendos] intuendos *E* eunominia|rum *W* 13 uoluntatis *W* qui de] quid *E*

meruerant, ut eis testamenti factio indulgeretur vel donandi vel accipiendi ex largitate
licentia tribuatur, priventur hoc beneficio et pares ceteris sint, quibus pares sunt in dogmatis
pravitate. Nulli penitus testari liceat Eunomiano in Eunomianum, nulli eiusdem perversitatis
ex testamento quicquam percipere Eunomiani; nemo donet nec Eunomianus ab Eunomiano
liberalitatem praedii vel domus accipiat, etiamsi per interpositam alterius sectae perso-
nam vel titulum venditionis imaginariae fraus quaedam legi fuerit excogitata. Tantum
hi, qui ab intestato venturi sunt ex legibus, in eorum hereditate succedant atque his
locus pateat successionis, ad quos iura sanguinis legitimas intestatorum deferunt heredi-
5 tates. Conventicula etiam eorum in domos si qua fuerint vel possessiones, pro norma
generalium sanctionum aerario nostro absque dubio socientur sibi hoc inputante domino,
qui interdictos coetus sciens passus est sub tecto proprio vel in praedio rustico exer-
6 ceri. Illo incunctanter exsequendo, ut ubiubi repperti fuerint Eunomianorum clerici,
qui auctores iterati baptismatis exstiterunt, conprehensi in perpetuum sub poena depor-
7 tationis ad exilium deducantur. Etiam illo addendo, ut nemo Eunomianus vel militet
vel provinciam sub administratione cuiuslibet officii suscipiat gubernandam. ET CETERA.
DAT. VIII ID. NOV. CONSTANT(INO)P(OLI) DD. NN. HONOR(IO) X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

*VW [finit* 6 imaginariae*] E*

1 meruerunt *E* 2 tributuatur *fortasse del.* 3 eunominiano *W* eiusdem] hisdem *W* peruersitates *E* 4 *post* nemo donet *videntur excidisse:* Eunomianus Eunomiano 5 liberalibertatem *E* 6 maginariae *E* quidam *E* excogitatam *E* 7 hii *E* succendant ad quem his *V* 8 legitamas *E* 9 domus *E* uel *om. E* possessionis $E^{a}$ 10 aerario] *scr.* eae aerario socientur *om. E* 11/12 exercere *V* 12 ubiubi] *V*, ubi *E* 13 conpraehensi *V*, conprehendi *E* 15 prouintia *E* 16 constantinopoli dd. nn. *om. E* ui] u *E*

XVI, 5, 59 (423 Apr. 9).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Manichaei et Fryges, quos Pepyzitas sive Priscillianistas vel alio latentiore vocabulo appellant, Arriani itidem Macedonianique et Eunomiani, Novatiani ac Sabbatiani ceterique haeretici sciant universa sibi hac quoque constitutione denegari, quae illis generalium sanctionum interdixit auctoritas, puniendis, qui contra generalium constitutionum interdicta venire temptaverint. DAT. V ID. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

*VEYO (hi duo post l. 60; deficit D).* — Cf. IVST. 1, 5, 5.

1 idem aa. (aaa. *Y*) ascl. ppo] eidem ascl. *O* post alia *om. Y (vide ad l. seq.)* manichei *V* fryges] *V*, friges $E^{b}O$, frices $E^{a}$ 2 pepizitas *E*, pepyzistas *V*, praepyzitas *Y*, pepusitae *Iust. 1, 5, 5 (RM)*, *om. O* siue *om. O* priscillianistas] *EYO*, priscilianistas *V* arriani itidem (tidem *E*) *VE*, item arriani *O* 3 machedonianique $VEY^{a}$, que et *om. O* eunomia *E* uatiani *YO* sabatiani $Y^{a}$ heretici *V* 4/5 interdixit .... 5 constitutionum *om. YO* 5 interdicta] indicta *E* uenire temptauerint] uetuerunt *O* 6 marinianum *E*

XVI, 5, 60 (423 Iun. 8).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORIO). De haereticis omnibus, quorum et errorem execramur et nomen, hoc est de Eunomianis Arrianis Macedonianis ceterisque omnibus, quorum sectas piissimae sanctioni taedet inserere, quibus cunctis diversa sunt nomina, sed una perfidia, illa praecipimus debere servari, quae divi avus et pater nostrae clementiae constituerunt, scituris universis, quod, si in eodem furore permanserint, interminatae poenae erunt obnoxii. ET CETERA. DAT. VI ID. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

*VEYD (finit* 5 *in* permanse*) O (YO itemque aliquando D post l. 59) HINCMAR 1, 337.*

1 post alia *(ex l. 59) ante* de *YD* hereticis *V* et *om. O* 2 de] *rel. et Hincm., om. YDO* machedonianis $VEY^{b}D^{b}O$, machidonianis $Y^{a}D^{a}$ 3 quorum ... inerere *post* 4 perfidia *collocat O* sectos *E* sanctioni taedet] sanctionis et *E* cunctis] cuncta *E*, *om. O* sunt *om. E* 4 una] ad una $Y^{a}$ qua *E* auos *E* 5/6 intemeratae *V* 6 iun.] *EYO cum legibus iungendis*, iul. *V*

VI, 5, 61 (423 Aug. 8).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnis dubiae interpretationis ambages hac sententia revocantes publicari praecipimus, quod lex, quae super Eunomianis militare prohibitis ceterisque execrabilium religionum et professionum ritibus promulgata cognoscitur, nihil ad eos, qui cohortalini sunt, pertinet. His enim sunt apparitionibus obligati, in quibus emensis militiae stipendiis veterani primipili munus sustinere coguntur. DAT. VI ID. AVG. EVDOXIOP(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

---

*VE*

1 interpraetationis *V* 2 resoluentes *E probabiliter* 3 exaecrabilium *V* 4 pertinent *E* | 5 primili $V^{a}$ *(aut* $V^{1}$*)* 6 ui] u *lex iungenda* eudoxiop(oli)] eudoxio p̄p̄o *E*

---

VI, 5, 62 (425 Iul. 17 [Aug. 6]).

IMP. THEOD(OSIVS), A. ET VAL(ENTINI)ANVS CAES. AD FAVSTVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Manichaeos haereticos schismaticos sive mathematicos omnemque sectam catholicis inimicam ab ipso aspectu urbis Romae exterminari praecipimus, ut nec praesentiae criminosorum contagione foedetur. Circa hos autem maxime exercenda commonitio est, qui pravis suasionibus a venerabilis papae sese communione suspendunt, quorum schismate plebs etiam reliqua vitiatur. His conventione praemissa viginti dierum condonavimus indutias, intra quos nisi ad communionis redierint unitatem, expulsi usque ad centesimum lapidem solitudine quam eligunt macerentur. DAT. XVI KAL. AVG. AQVIL(EIAE) THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINI)ANO CAES. CONSS.

---

*VE. COLL. QVESNELL. ET COLBERT. et inde HINCMAR 1, 337.* — GEMINA (?) 16, 5, 64. — *SIRM. 6 (inscriptione diversa) integra.*

1 caes̄] cons. *E* p̄u] *V Quesnell.*, p̄m *E*, p̄rbm *Colbert.: cf. ad 16, 2, 47* 2 manicheos hereticos *V*, omnesque haereticos *Sirm.* schismaticos] uel sch. *Sirm.*, siue schism. *Th. 16, 5, 64*, *om. Quesnell. Colb.* siue mathematicos] *V Quesnell. Colb. Sirm.*, *om. E hoc loco et Th. 16, 5, 64* 3 exterminari] e. debere *Sirm.* 4 foedetur] *E*, foedentur *V Quesnell. Colb. cum Sirm. et Th. 16, 5, 64* exercenda] exercere urgenda *E* commonitio] commotio *E Quesn. Colb. Hincm.* 5 suassionibus *E* a] ac *Quesnell.* commonitione $V^{a}$, communione $V^{b}$ schismatae *V*, scismata *Quesnell. Colb.* 6 condonamus *Quesnell. Colb. Hincm.* 8 solitudine] $V^{b}$ *(vel* $V^{2}$*)* $E^{b}$ *Quesnell. Colb. Hincm.*, sollicitudinem $V^{a}$ *(vel* $V^{1}$*)*, solicitudine $E^{a}$ *(cum *E)* xui k. aug.] *cf. ad 16, 2, 47* 9 *propter subscr.* (caes̄ *om. E*) *vide ad 16, 2, 47*

---

VI, 5, 63 (425 Iul. 6 vel Aug. 4).

IDEM A. ET CAES. GEORGIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Omnes haereses omnesque perfidias, omnia schismata superstitionesque gentilium, omnes catholicae legi inimicos insectamur errores. Si quos vero . . ., haec quoque clementiae nostrae statuta poena comitetur et noverint sacrilegae superstitionis auctores participes conscios proscribtione plectendos, ut ab errore perfidiae, si ratione retrahi nequeunt, saltem terrore revocentur et universo supplicationum aditu in perpetuum denegato criminibus debita severitate plectantur. ET CETERA. DAT. PRID. NON. AVG. AQVIL(EIAE) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINI)ANO CAES. CONSS.

---

*VEYO (D deficit).*

1 a.] aaa. *Y* et caes ] *VY*, et cons. *E*, *om. O* georgico *Y* proc. afr. *om. V* hereses *V*, heresis *E* 2 legi] *scripsi*, legis *EYO*, leges *V* 3 si . . . comitetur] *VEY*, *om. O*, *hiatum signavi* 3/4 et *(om. Y)* nouerint] *VEY*, nouerint ergo *O* 4 sacrilegas superstitionis (-nes $E^{b}$) *E*, superstitionis sacrilegae *O* consocios *V*, conscii se *O recte puto* 5 saltim *E* terrore uocentur *E* uniuersa *E* 6 aditum *E* 7 dat. prid. non. aug. (iul. *lex iuncta*) aquil̄ (aquil̄g *E*) d̄n *(om. EYO)* th. a. xi et ual. c̄ *(om. EO) libri*

XVI, 5, 64 (425 Aug. 6).

IDEM A. ET CAES. BASSO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). POST ALIA: **Manichaeos haereticos sive schismaticos omnemque sectam catholicis inimicam ab ipso aspectu urbium diversarum exterminari praecipimus, ut nec praesentiae criminosorum contagione foedentur. Omnes igitur personas erroris infausti iubemus excludi, nisi his emendatio matura subvenerit.** ET CETERA. DAT. VIII ID. AVG. AQVIL(EIAE) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. XI ET VALENTINIANO CAES. CONSS.

*VE.* — GEMINA 16, 5, 62. — *SIRM. 6 (inscriptione diversa) integra.*

1 c̄] cons̄ *E* 1/2 manicheos hereticos *V* 5 d̄n̄ *om. E* 6 caes̄] cons̄ *E; propter subscriptionem vide ad 16, 2, 47*

XVI, 5, 65 (428 Mai. 30).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. FLORENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Haereticorum ita est reprimenda insania, ut ante omnia quas ab orthodoxis abreptas tenent ubicumque ecclesias statim catholicae ecclesiae tradendas esse non ambigant, quia ferri non potest, ut, qui nec proprias habere debuerant, ab orthodoxis possessas aut conditas
1 suaque temeritate invasas ultra detineant. Dein ut, si alios sibi adiungant clericos vel, ut ipsi aestimant, sacerdotes, decem librarum auri multa per singulos ab eo, qui fecerit et qui fieri passus sit vel, si paupertatem praetendant, de communi clericorum eiusdem
2 superstitionis corpore vel etiam donariis ipsis extorta nostro inferatur aerario. Post haec, quoniam non omnes eadem austeritate plectendi sunt, || ⌜Arrianis quidem, Macedonianis et Apollinarianis, quorum hoc est facinus, quod nocenti meditatione decepti credunt de veritatis fonte mendacia, intra nullam civitatem ecclesiam habere liceat; Novatianis autem et Sabbatianis omnis innovationis adimatur licentia, si quam forte temptaverint; Eunomiani vero, Valentiniani, Montanistae seu Priscillianistae, Fryges, Marcianistae, Borboriani, Messaliani, Euchitae sive Enthusiastae, Donatistae, Audiani, Hydroparastatae, Tascodrogitae, Fotiniani, Pauliani, Marcelliani et qui ad imam usque scelerum nequitiam pervenerunt Manichaei⌝ nusquam in Romano solo conveniendi orandique habeant facultatem; Manichaeis etiam de civitatibus expellendis ⌈, quoniam nihil his ⌜omnibus⌝ relinquendum loci est, in quo ipsis etiam elementis fiat
3 iniuria. || Nulla his penitus praeter cohortalinam in provinciis et castrensem indulgenda militia; nullo donationis faciendae invicem, nullo testamenti aut voluntatis ultimae penitus iure concesso; || cunctisque legibus, quae contra ⌜hos⌝ ceterosque, qui nostrae fidei refragantur, olim

IVST. 1, 5, 5

|| *inc.*
**⌜Arriani et Macedoniani, Pneumatomachi et Apollinariani et Novatiani sive Sabbatiani, Eunomiani, Tetraditae sive Tessarescaedecatitae, Valentiniani, Papianistae, Montanistae seu Priscillianistae vel Phryges vel Pepuzitae, Marcianistae, Borboriani, Messaliani, Eutychitae sive Enthusiastae, Donatistae, Audiani, Hydroparastatae, Tascodrogitae, Batrachitae, Hermeieciani, Photiniani, Pauliani, Marcelliani, Ophitae, Encratitae, Apotactitae, Saccophori et, qui ad imam usque scelerum nequitiam pervenerant, Manichaei⌝**

⌈ et ultimo supplicio tradendis | ⌜ ⌝ *om.*

|| *fin.*

|| *redit* | ⌜eos⌝

1 impp. ... ualentinianus] *E*, idem *V* 1/2 hereticorum *V* 2 abreptas tenent] abrepta stent *E* 3 eclesias *(sic) V* ecclesiae] *sic V* 5 deinde *E* 6 librarum auri] *E*, librarum *V* 10 machedonianis *VE* 13 ullam *E* aeclesiam *V* 14 nouationis *E* sabbatiani *E* 15 omnes innouationes *E*ᵇ *(cum *E)* qua *E* 17 montanisiae *E* priscilianistae *V* 18 boboriani *V*ᵃ missaliani *E* euchitae] *libri et Iust. (C)*, eutychitae *Iust. (sic fere R)* 18/19 enthusiastae] *sic fere Iust.*, enthysiastae *V*, entisiaste *E* 19 audiant *E* 20 tascodrogitae] *Iust. et sic fere supra* 16, 5, 10 *recte (v. Stephanus s. v. Τασκοδρούγοι)*, ascodrogitae *VE eodemque errore nov. Theod. 3, 9* 20/21 marcellini *E* 22 manichei *V* 24 manicheis *V* 25/26 reliquendi *V* 28/29 indulgendum militium *E* 30 testamento *E* paenitus *V* 32 refrautur *E*ᵃ

latae sunt diversisque ˹promulgatae˺ temporibus, semper viridi observantia valituris, sive de donationibus in haereticorum ˹factis ecclesias˺, sive ex ultima voluntate rebus qualitercumque relictis, sive de privatis aedificiis, in quae domino permittente vel conivente convenerint, venerandae nobis catholicae vindicandis ecclesiae, sive de procuratore, qui hoc nesciente domino fecerit, decem librarum auri multam vel exilium, si sit ingenuus, subituro, metallum vero post verbera, si servilis condicionis sit; ita ut nec in publico convenire loco nec aedificare sibi ⌈ ecclesias nec ad circumscribtionem legum quicquam meditari valeant, omni civili et militari, curiarum etiam et defensorum et iudicum sub viginti librarum auri interminatione prohibendi auxilio. Illis etiam in sua omnibus manentibus firmitate, quae de militia ‖ et donandi iure ac testamenti factione vel neganda penitus vel in certas vix concessa personas ‖ poenisque variis de diversis sunt haereticis ˹promulgatae, ita ut˺ nec speciale quidem beneficium adversus leges valeat impetra-
4 tum. ‖ Nulli haereticorum danda ⌈ licentia vel ingenuos vel servos proprios, qui orthodoxorum sunt initiati mysteriis, ad suum rursus baptisma deducendi, nec vero illos, quos emerint vel qualitercumque habuerint necdum suae superstitioni coniunctos, prohibendi catholicae sequi religionem ecclesiae. Quod qui fecerit vel, cum sit ingenuus, in se fieri passus sit vel factum non detulerit, exilio ac decem librarum auri multa damnabitur, testamenti et donationis faciendae utrique dene-
5 ganda licentia. Quae omnia ita custodiri decernimus, ut nulli iudicum liceat delatum ad se crimen minori aut nulli cohercitioni mandare, nisi ipse id pati velit, quod aliis dissimulando concesserit. DAT. III KAL. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) FELICE ET TAVRO CONSS.

˹prolatae˺

˹conventicula, quae ipsi audacter ecclesias nuncupare conantur, factis˺

⌈ quasi

‖ *finit*

‖ *redit*

˹promulgata ut˺

‖ *1, 5, 5 fin., seq. 1, 6, 3* | ⌈ est

*VE.* — IVST. 1, 5, 5. 1, 6, 3.

3 hereticorum f. aeclesias *V* 6 conhibente *V*, cohibente *E* conuenerit *V* 7 aeclesiae *V* 10 subiturum *E* 11 sit] si *E* 12 ecclesias] *sic V* 13 circumscribtione *V* 14 ualeat *V* omni *om. E* 16 exterminatione *E*ᵃ *(cum E*)* 17/18 firmitatem quae de militie donandi *E* 19 neganda] *Beck*, negandi *VE* 19/20 concessas *E* 20 poenasque *E* diuersi sunt *E* 21 hereticis *V* 22 beneficio *VE* 23 hereticorum *V* 24 initiati] *E*, initia *V* 26 superstitionis *E* condunctos *V* aeclesiae *V* 28 auri *om. E* 29 iudicium *E*ᵃ 31 iun.] *VE*, iul. *Iust. 1, 5, 5 (Hal.)*, ian. *Iust. 1, 6, 3 (Hal.)*

XVI, 5, 66 (435 Aug. 3).

IDEM AA. LEONTIO P(RAEFECTO) V(RBI). Damnato portentuosae superstitionis auctore Nestorio nota congrui nominis eius inuratur gregalibus, ne Christianorum appellatione abutantur: sed quemadmodum Arriani lege divae memoriae Constantini ob similitudinem inpietatis Porfyriani a Porfyrio nuncupantur, sic ubique participes nefariae sectae Nestorii Simoniani vocentur, ut, cuius scelus sunt in deserendo deo imitati, eius vocabulum
1 iure videantur esse sortiti. Nec vero impios libros nefandi et sacrilegi Nestorii adversus

1 idem] *E*, impp. theod. et ualentinianus *V* pu] *V*, pp urbis *Iust. (C)*, ppo *E*, pp *Iust. (rel.)* autore *V* 2 congruit *E* oppellationi *(sic) E* 3 quemammodum *V* 4 porfyriani a porfyrio] *V*, oporfiriani oporfirio *E* nuncupatur *V* 4/5 nestorii simoniani (sym- *E*)] *V E cum Iust. (Graeci) et Ephes.*, nestoriani *Iust. (Lat.)* 6 nec] ne *E* et sacrilegi] *Iust. cum Ephes.: καὶ ἱεροσύλου*, sacrilegii *VE*

venerabilem orthodoxorum sectam decretaque sanctissimi coetus antistitum Ephesi habiti scribtos habere aut legere aut describere quisquam audeat: quos diligenti studio requiri
2 ac publice conburi decernimus. Ita ut nemo in religionis disputatione alio quam supra dicto nomine faciat mentionem aut quibusdam eorum habendi concilii gratia in aedibus aut villa aut suburbano suo aut alio quolibet loco conventiculum clam aut aperte praebeat, quos omni conventus celebrandi licentia privari statuimus, scientibus universis violatorem huius legis publicatione bonorum esse coercendum. DAT. III NON. AVG. CONSTANT(INO)P(OLI) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. XV ET QVI FVERIT NVNTIATVS CONSS.

---

*V (finit* p. 880, 4 *in* faciat *[avulsis foliis duodecim]) E.* — IVST. 1, 5, 6. — *Integra Graece inter acta concilii Ephesini a. 431 (Mansi 5, 413), ubi additur in fine: τὸν νόμον δὲ τοῦτον τῇ τε Ῥωμαίων τῇ τε Ἑλλήνων τεθείκαμεν γλώττῃ, ὡς πᾶσι σαφῆ καὶ γνώριμον εἶναι. Sed Latina exempla duo quae reperiuntur in actis conciliorum, alterum in Ephesini (Mansi l. c.), alterum in collatione V Constantinopolitani quinti a. 553 (Mansi 9, 249) cum ex Graeco archetypo videantur Latine versa esse, a nobis omissa sunt.*

1 decetaque *V*ᵃ, decretamquae *E* 2 audeat] aut et *E* 3 disputationem *E* 3/4 alio quam supra dicto nomine] *scripsi ad Graeca: ἑτέρῳ ἢ τῷ Σίμωνος ὀνόματι,* aliquam supra dicto nomine *VE,* aliquam supra dicti nominis *Iust.* 5 quilibet *E* 6 licentiam *E* 7 publicationem *E* 7/8 dat. iii non. (kal. *Iust. [Hal.]*) aug. const. d. n. (doñ *E, om. Iust. [Hal.]*) th. a. xu et qui f. nuntiatus *(sic E,* th. xu et ual. iiii aa. *Iust. [Hal.]) libri; subscr. nulla in actis Ephes.*

# VI. NE SANCTVM BAPTISMA ITERETVR.

baptismum *E* iteratur *L* — *Iust. 1, 6.*

XVI, 6, 1 (373 Febr. 20).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD IVLIANVM PROCONS(VLEM) AFRICAE. || Antistitem, qui sanctitatem baptismi inlicita usurpatione geminaverit ⸢et contra instituta omnium eam gratiam iterando contaminaverit⸣, sacerdotio indignum esse censemus. DAT. X KAL. MART. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE IIII AA. CONSS.

IVST. ⸢et ... contaminaverit⸣ *om.*

*EL.* — IVST. 1, 6, 1.

1 *addi debuit* Gratianus ad iulianum] a iuliano *L* 2 africae *om. L* 5 esse *om. Cui.* x *om. finitque in* mart. *L*

---

XVI, 6, 2 (377 Oct. 17).

IMPPP. VALENS, GRATIANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD FLORIANVM VIC(ARIVM) ASIAE. Eorum ⸢ condemnamus errorem, qui apostolorum praecepta calcantes Christiani nominis sacramenta sortitos alio rursus baptismate non purificant, sed incestant, lavacri nomine polluentes. || Eos igitur auctoritas tua erroribus miseris iubebit absistere ecclesiis, quas contra fidem retinent, restitutis catholicae. Eorum quippe institutiones sequendae sunt, qui apostolicam fidem sine intermutatione baptismatis probaverunt. Nihil enim aliud praecipi volumus, quam quod euangeliorum et apostolorum fides et traditio incorrupta servavit, sicut lege divali parentum

IVST. *(praecedit Th. 16, 6, 1)* ⸢ enim || *fin.*

---

1 ualens] ualt *L, post* grat. *Cui.* 1/2 ad florianum uic asiae] *Iust.,* ad flauianum (flauiano *L*) uic (uc *L*) africh. *(sic E, om. L) EL: illud verum esse declarat locus, unde constitutio emissa est, nec iam poterit referri constitutio ad Nicomachum Flavianum teste titulo (C. I. L. VI, 1783) circa haec tempora vicarium Africae* 3 alio] alioque *L* 5 absistere] *Cui.,* adsistere *LE* 6 institutionis *L* 7 inmutatione *L* quod] quae *Cui.* 8 seruabit *L* sicut] sicut et *Cui.*

1 nostrorum Constantini Constanti Valentiniani decreta sunt. Sed plerique expulsi de ecclesiis occulto tamen furore grassantur, loca magnarum domorum seu fundorum inlicite frequentantes; quos fiscalis publicatio conprehendet, si piaculari doctrinae secreta praebuerint, nihil ut ab eo tenore sanctio nostra deminuat, qui dato dudum ad Nitentium praecepto fuerat constitutus. Quod si errorem suum diligunt, suis malis domesticoque secreto, soli tamen, foveant virus impiae disciplinae. DAT. XVI KAL. NOV. CONST(ANTINO)P(O)LI GR(ATI)ANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS.

*EL.* — IVST. 1, 6, 1.

1 constanti ualent. *om. L* 1/2 expulsi de eccl.] pulsi de exiecleeiis *L* 2 crassantur *L* magna *L* 3 publicatio . . . doctrinae] putrinae *L* conprehendet] *L Cui.*, conprehendit et *E* secretae *L* 4 nitentium] *E Cui.*, tinentium *L* 5 errore *E* 6 uiros *E Cui.* impiae disciplinae] aut inopiae penam inpiae disciplinae et facultatum omnium puplicatione multatus L, *cf. c. 5* 6/7 dat. xui *(sic E Iust. [Hal.]*, xu *L)* k. nou. *(hic finit L)* const. grat. a. iiii et (e *E*) mer. conss. ***libri: in loco erratum est, nam Valens venit Constantinopolim a. demum 378 Mai. 30***

VI, 6, 3 (405 Febr. 12).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. EDICTVM. Rebaptizantium non patimur devios errores. ET CETERA. DAT. PRID. ID. FEB. RAVENN(AE) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

*E*

2 stilicone *E*

VI, 6, 4 (405 Febr. 12).

IDEM AAA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Adversarios catholicae fidei exstirpare huius decreti auctoritate prospeximus. Ideoque intercidendam specialiter eam sectam nova constitutione censuimus, quae, ne haeresis vocaretur, appellationem schismatis praeferebat. In tantum enim sceleris progressi dicuntur hi, quos Donatistas vocant, ut baptisma sacrosanctum mysteriis recalcatis temeritate noxia iterarint et homines semel, ut traditum est, munere divinitatis ablutos contagione profanae repetitionis infecerint. Ita contigit, ut haeresis ex schismate nasceretur. Inde male credulas mentes ad spem secundae indulgentiae blandus error invitat; facile est enim persuadere peccantibus veniam prius praestitam denuo posse praestari, quae, si concedi iterum eodem modo potest, non intellegimus, cur tertio denegetur. Hi vero et servos vel homines iuri proprio subditos iterati baptismatis polluunt sacrilegio. Quare hac lege sancimus, ut quisquis post haec fuerit rebaptizasse detectus, iudici qui provinciae praesidet offeratur, ut facultatum omnium publicatione multatus inopiae poenam, qua in perpetuum afficiatur, expendat, ita ut filiis eorum, si a paternae societatis pravitate dissentiunt, ea quae fuerint paterna non pereant, ut, si ipsos forsitan scaevitas paternae depravationis implicuit ac reverti ad
1 catholicam religionem malunt, adipiscendorum his bonorum copia non negetur. Ea praeterea loca seu praedia, quae feralibus sacrilegiis deinceps constiterit praebuisse secretum, fisci viribus adplicentur, si tamen dominus aut domina aut praesens forte fuisse aut

1 idem] impp. ***** ualentinianus et ualens *Y* 2 intercidendam] *Cui.*, intercedendam *E*, interdicendam esse *YO* 3 censemus *O* quae ne] *YO*, quae *E Cui.* hereses *Y* appellatione *E Cui.* 4 hi] *YO*, hii *E*, ii *Cui.* 5 sacrosanctum] *E Cui.*, sacrosanctum semel apud catholicos traditum *YO (cum Sirmondo) ex interpolatione* reculcatis *YO* iterarint] *YO*, terrent *E(*E)*, iterarent *Cui. (1566)*, iterent *Cui. (1586)* 6 profanae *bis Y*[a] inficerint *E*, inficerent *Cui.* 7 hereses *Y* ex scismatis *E* nascere*tur *Y* inde] dum *O* credulitas *Y*[a] 8 enim] cum *E* 9 prestitum *E* 10 hii *EY* uel] et *O* 11 quisquis] si quis *O* posthac *YO* rebaptizare *O* 12 detentus *E* 13 poena *E* afficiatur] *Cuiacius*, inficiatur *EYO* 14 paterne *E* 15 ut] aut *Haenel* scaeuitas] *E*[b] *YO*, *(s?), ciuitas *E*[a] *(cum *E)*, saeuitas *Cui.* deprauationis implicuit ac reuerti] *YO*, deprauitatis in iudicantis ac reuerentie *E Cui.* 16 malunnt *E* 17 prebore *O* 18 aut domina *om. Cui.*

consensum praestitisse prodetur: quos quidem iusta etiam per sententiam notabit infamia. Si vero his nesciis per conductorem procuratoremve eorum in domo agitatum huiusmodi facinus conprobatur, praeiudicio a praediorum publicatione suspenso inpliciti sceleris auctores cohercitos plumbo exilium, in quo omni vitae suae tempore adficiantur, accipiet.
2 Ac ne forsitan sit liberum conscientiam piacularis flagitii perpetrati intra domesticos parietes silentio celare, servis, si qui forsitan ad rebaptizandum cogentur, refugiendi ad ecclesiam catholicam sit facultas, ut eius praesidio adversus huius criminis et societatis auctores adtributae libertatis praesidio defendantur liceatque his sub hac condicione fidem tueri, quam extorquere ab invitis domini temptaverint, nec adsertores dogmatis catholici ea, qua ceteros, qui in potestate sunt positi, oportet ad facinus lege constringi, et maxime convenit omnes homines sine ullo discrimine condicionis aut status infusae caelitus sancti-
3 tatis esse custodes. Sciant ii vero, qui ex supra dictis sectis iterare baptisma non timuerint aut qui consentiendo hoc facinus propria huius societatis permixtione damnaverint, non solum testandi sibi, verum adipiscendi aliquid sub specie donationis vel agitandorum contractuum in perpetuum copiam denegatam, nisi pravae mentis errorem
4 revertendo ad veram fidem consilii emendatione correxerint. Illos quoque par nihilo minus poena constringat, si qui memoratorum interdictis coetibus seu ministeriis praebuerint coniventiam, ita ut moderatores provinciarum, si in contemptum sanctionis huiusce consensum putaverint commodandum, sciant se viginti libras auri esse multandos, officia etiam sua simili condemnatione subiuganda. Principales vel defensores civitatum, nisi id quod praecipimus fuerint exsecuti vel his praesentibus ecclesiae catholicae vis fuerit inlata, eadem multa se noverint adtinendos. DAT. PRID. ID. FEB. RAV(ENNAE) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

---

*W (incipit* 1 praestitisse*) E Y (inde omnino Sirmondus in editione constitutionum ab ipso nuncupatarum 1631 extremo loco sub n. 21) D (redit 22* dat. prid.*) O*

1 prodetur] *WEYO*, probetur *Cui.* iusta etiam] iustam *O* per sententiam] *WYO*, per sentiam *E*, praesentiam *E*[*] *Cui.* notauit *E Cui.*, etiam notabit *O* 2 uere *E* conductorum *E* acitatum *E* 3 praediorum *om. W* 4 aus.tores *E*[a] cohercito *E*, coerciti *Cui.* accipient *Cui.* 5 conscientia *E* flagitii] *WY*[2] *(cum Sirm.), om. EY*[1]*O* 6 seruis] *scripsi*, secreto his *WEY*, seruitiis *Seeck* si qui] *WYO*, si quis *E*, qui *Cui.* fo.rsitan *W*[a] 6/7 ref. ad cath. eccl. sit fac. *Y*, facultas sit ad cath. eccles. refugiendi *O* 8 libertatis] *WO*, liberalitatis *EY Cui.* defendatur *Y*[a] 9 qua *E* dominis *YO* nec ... 10 maxime] maxime enim *O* docmatis *E* 10 qua] que *E Cui.* 11 homines *om. W* aut] ac *Y* 12 ii uero] hii uero *EY*, uero hi *O* ex] *YO*, a *E Cui.*, *deficit W* sectis] *WYO*, *om. E Cui.* 13 hoc facinus *om. O* propria] *E Cui.*, propriam *WY*, propriam conscientiam *O*: *fortasse scr.* proprium huius societatis permixtione] *E Cui.*, h. permixtione societatis *O*, h. s. permixtionem *WY* 14 testandi sibi u. adipiscendi] *Cuiacius coniectura*, testandum sibi uerum adipiscendum *EYO*, testanti(?)u(?)m *(reliqua deficiunt) W* 14/15 agit tandorum *E* 15 errorem *om. W* 16 reuertendo ... emendatione] *YO*, reuertendo ad ueram ......... e(?)m(?)e(?)n(?)d(?)a(?) ....e *W(?)*, reuerendo aduersus fidem consilio emendatio *E Cui.* 17 constringat] *YO*, constringit *E Cui.*, *inc. W* si qui] *YO*, si quis *E*, qui *Cui.*, *inc. W* 18 conibentiam *E*, cohibentiam *Y*, *inc. W* contentu *E*, contemptu *YO*, *inc. W* huiuscemodi *E*, huiusmodi *Cui.* 19 putauerint consensum *W*, consensu putauerint *E* commodendum] commodauerint *W* sciat *E*, *deficit W* libras] *E*, lib. *Cui.*, librarum *YO*, *def. W* auri] *WEY*, *om. O* esse] *W*, poena esse *YO*, *om. E Cui.* 20 condemnationi *W* ciuitatum *om. O* 21 persecuti *YO* uel] uel si *O* 22 se nouerint *om. O* detinendos *O* 22/23 dat. prid. id. feb. raū stilichone *(sic W*, stilicone *rel.)* ii *(om. O)* et anthemio (anthimio *Y*, aureliano *O*) *libri*

---

XVI, 6, 5 (405 Febr. 12).

IDEM AAA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ne divinam gratiam sub repetito baptismate polluta Donatistarum vel Montanistarum secta violaret, fallendi occasionem

---

1 āā *WE* 1/2 baptimate *E* 2 pollutam *E Cui.* uel montan. *om. E Cui.* secta uiolaret] *W*, secreta uiolaret et *E Cui.* occasione *E*, -ne *vel* -nem *W*

severitate huius praeceptionis abolemus statuentes, ut certa huiusmodi homines poena sequatur legisque censuram experiantur ultricem, qui in catholicam religionem perverso dogmate commisissent. Iubemus igitur, ut, si quis posthac fuerit rebaptizare detectus, iudici qui provinciae praesidet offeratur, ut facultatum omnium publicatione multatus inopiae poenam expendat. ET CETERA. DAT. PRID. ID. FEB. RAV(ENNAE) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

---

*WE*

1 certa] *W*, cetera *E Cui.* poena homines *W* 3 docmate *E* qui *Cui.* baptizare *W* | 4 presedit *E* 5/6 stilichone ii *(om. E Cui.)* et anthemio *om. W*

---

I, 6, 6 (413 Mart. 21).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. AD ANTHEMIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nullus rebaptizandi scelus adripiat nec eos, qui orthodoxorum ritu fuerint initiati, caeno profanatarum religionum haereticorumque sordibus polluere moliatur. Quod licet fidamus metu severissimae interminationis a nullo penitus, ex quo interdictum est, fuisse conmissum, tamen, ut pravae mentis homines ab inlicitis temperent vel coacti, volumus renovari, ut, || si quis ⌜rebaptizasse, ex quo lex lata est⌝, quempiam de mysteriis catholicae sectae fuerit detectus, una cum eo, quia piaculare crimen conmisit, si tamen criminis per aetatem capax sit cui persuasum sit, ⌜statuti prioris⌝ supplicio per-
1 cellatur. || Illud etiam, quod a retro principibus dissimulatum est et in iniuriam sacrae legis ab exsecrandis hominibus agitatur et ab his potissimum, qui, Novatianorum collegio desertores ac refugae, auctores se quam potiores memoratae sectae haberi contendunt, quibus ex crimine nomen est, cum se Protopaschitas appellari desiderent, inultum esse non patimur. Sed si alio die Novatiani, quam quo orthodoxorum antistites, praedicandum ac memorabilem saeculis diem paschae duxerint celebrandum, auctores illius conventionis deportatio pariter ac proscribtio subsequatur, contra quos acrior etiam poena fuerat promulganda, si quidem hoc delicto etiam haereticorum vesaniam superent, qui alio tempore quam quo orthodoxi paschae festivitatem observantes alium paene dei filium, non quem colimus venerantur. DAT. XII KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) LVCIO $\overline{\text{V}}$. $\overline{\text{C}}$. CONS.

IVST.
|| *inc.* | ⌜rebaptizare⌝
⌜ultimo⌝
|| *fin.*

---

*WE.* — IVST. 1, 6, 2.

1 $\overline{\text{ppo}}$] $\overline{\text{pu}}$ *W*, $\overline{\text{ppm}}$ *E*, $\overline{\text{pp}}$ *Cui.* 2 rebaptizandis scelus *E* abripiat *Cui.* 2/3 profanatarum] $W^b$, profanatrum *vel* profanaarum $W^a$, profanatorum *E* 3 fidamus] *W*, fidam *E Cui.* 4 interminationes *E* 5 ut] *Cuiacius, om. W* 6 renouare *W* 7 detentus *E* 8 quia *(sic WE,* qui *Cui. Iust.)* piaculare (piacolere *W*) crimen conmisit *delendum* per] pr $W^a$ 9 priores *E* 9/10 precellatur *E* 11 est et] *scripsi,* est *W*, et *E Cui.* sacrilegis $E^a$ | 12 potissimus *E* qui] *malim* qui a nouatiannorum $E^a$ 12/13 potioris *W* 14 desiderint *W* non *om. W* nouationi $E^a$ 15 diem saeculis *W* 15/16 duxerit *E* 16 proscribto $W^a$ 17 sacrior *E* delicto] *W*, deiectu $E^a$, deiecto $E^b$ *(cum * E)*, delictum *Cui.* 18 superent] *scripsi,* superet *libri* 19 paene] poenae *W*, poene *E* 19/20 dat. xii *(sic, non* xiii *WE Iust. [PL]*, xu *Iust. [Hal.])* k. apr. const. lucio $\overline{\text{uc}}$ (uic *E*) cons. (conss. *W*) *libri*

---

I, 6, 7 (413 Mart. 29).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nefarios Eunomianorum coetus ac funesta conventicula penitus arceri iubemus: eos, qui episcoporum seu clericorum vel ministrorum nomine usurpato huiuscemodi coetibus praesunt quorumve in domibus seu in agris conventicula Eunomianorum celebrantur inlicita, si non ab hoc facinore ignoratione defendantur, cum in hoc fuerint scelere deprehensi, stilum proscribtionis incurrere et bonorum

---

2 aceri *W* 3 usurpatio *E* 4 facinora *E* 5 depraehensi *W* incurre $E^a$

amissione coherceri; eos vero, qui fide, ut dictum est, inbutos inmani furore rebaptizare deteguntur, cum his qui rebaptizantur si hac sint aetate, cui crimen possit opponi. . . . . . DAT. IIII KAL. APRIL. LVCIO V̄. C̄. CONS.

*W [finit* 1 eos uero*] E*

1 coherceri *W* furore rebaptizare] *Gothofredus,* furore baptizare *Cui.*, futore baptizare *E* 2 sit *E* opponi . . . . .] *hiatum signavi,* opponi *E*, opponi et cetera *Cuiacius* 3 u̅c] *Cui.*, u̅i̅c *E*

## VII [= BREV. II]. DE APOSTATIS.

*Rubricam om. E.* — *Iust.* 1, 7.

XVI, 7, 1 (381 Mai. 2).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD EVTROPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. His, qui ex Christianis pagani facti sunt, eripiatur facultas iusque testandi et omne defuncti, si quod est, testamentum submota conditione rescindatur. DAT. VI NON. MAI. CONST(ANTINO)P(O)L(I), SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

*EYDO*

1 imppp. . . . theodosius] idem *O* 1/2 p̅p̅o̅] *Y*, p̅p̅m̅ *E*, preposito *O* 2 his] *E Cui.*, eis *Y DO* 3 et] *YDO*, *om. E Cui.* quod est] quidem *Cui.* testamentum *ante* si *O* conditione] *scripsi, libri et hoc et* condicione *admittunt* 4 et *om. Y*

XVI, 7, 2 (383 Mai. 20).

IDEM AAA. POSTVMIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Christianis ac fidelibus, qui ad paganos ritus cultusque migrarunt, omnem in quamcumque personam testamenti condendi
1 interdicimus potestatem, ut sint absque iure Romano. His vero, qui Christiani et catechumeni tantum venerabili religione neglecta ad aras et templa transierint, si filios vel fratres germanos habebunt, hoc est aut suam aut legitimam successionem, testandi arbi-
2 tratu proprio in quaslibet alias personas ius adimatur. Pari et circa eorum personas in capiendo custodienda forma, ut praeter suas et legitimas, quae isdem ex parentum vel germanorum fratrum bonis pervenire potuerint, successiones, iudicio etiam, si ita res ferent, conditae voluntatis nulla omnino in capiendis hereditatibus testamenti iura sibi vindicent et indubitate ab omni testamentorum debeant non solum condendorum, sed etiam sub adipiscendae pontificio hereditatis usurpandorum potestate excludi. DAT. XIII KAL. IVN. CONST(ANTINO)P(O)L(I) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

*E*

1 aa. *E* 3/4 caticumini *E* 4 si] *Cuiacius*, *om. E* 5 aut suam] *scripsi*, ad suam *E*, suam *Cuiacius* 6 proprios in *E* 6/7 personas sin *E* 7 forma ut] *Cuiacius*, formauit *E* hisdem *E* 9 ferent] *E*, ferant *Cuiacius* capiendibus her. *E* 12 ii *om. E Cuiacius*

XVI, 7, 3 [= BREV. XVI, 2, 1] (383 Mai. 21).

IDEM AAA. AD HYPATIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Christianorum ad aras et templa migrantium negata testandi licentia vindicamus admissum. Eorum quoque flagitia puniantur, qui Christianae religionis et nominis dignitate neglecta Iudaicis semet polluere contagiis. Eos vero, qui Manichaeorum nefanda secreta et scelerosos aliquando sectari maluere secessus, ea iugiter atque perpetuo poena comitetur, quam vel divalis arbitrii genitor Valentinianus adscripsit vel nostra nihilo minus saepius decreta iusserunt.

1 idem] *E*, impp. grat. ual. et *(om. O)* theod. *reliqui et Iust.* hypatium] *V*, ypatium *NL*, hipatium *EC*, ipatium *PMS*, epatium *H[E]*, eppatium *G*, ippatio *O*, hyppastium *YD* p̅p̅o̅] p̅p̅m̅ *EN[E]*, p̅f̅u̅ *GC* ad *om. H* et] sit *N*, et ad *G* 2 negata] *brev. (plerique)*, negata est *H*, negotia *[E]*, neganda *E* indicamus *S* aflagitia *L* 3 religiones *L* et nominis] *EYD ON[E] Cui.*, et hominis *G*, et omni *H*, *om. CP MLS* dignitatem *E* semet] se *G*, simet *[E]* 5 secessus] *Cuiacius*, successus *E* perpetuo] *Cuiacius*, perpetua *E* committetur *E*

Auctores vero persuasionis huius, qui lubricas mentes in proprium deflexerant consortium, eademque reos erroris huiuscemodi poena comitetur, quin etiam graviora plerumque pro motibus iudicum et qualitate commissi extra ordinem promi in nefarios sceleris huius
1 artifices supplicia censemus. Sed ne vel mortuos perpetua vexet criminationis iniuria vel hereditariae quaestiones temporum varietate longorum prorsus emortuae in redivivos semper agitentur conflictus, huiuscemodi quaestionibus metam temporis adscribimus, ut, || si quis defunctum violatae atque desertae Christianae religionis accusat eumque in sacrilegia templorum vel in ritus Iudaicos ⌐vel ad Manichaeorum dedecus¬ transisse contendit eaque gratia testari minime potuisse confirmat, intra quinquennium iuge, quod inofficiosis actionibus constitutum est, proprias exerat actiones futurique iudicii huiuscemodi sortiatur exordium, || ut eodem in luce durante, cuius praevaricatio criminanda est, flagitii huius et sceleris praesens fuisse doceatur publica sub testificatione testatus, probet indicium, neque enim eam superno nomine tacitus praestitisse perfidiam sceleribus adquiescens praevaricationem deinceps tamquam ignarus accuset. DAT. XII KAL. IVN. PATAVI MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

IVST.
|| *inc.*
⌐ ¬ *om.*
|| *fin.*

*post 884, 4* contagiis: Reliqua pars legis de Manicheis ideo facta non est, quia in Novellis evidentior invenitur. — Haec lex interpretatione nos indiget.

---

*E dat integram, item usque ad* 884, 4 contagiis *et inde a* 885, 15 dat. xii kal. iun. *ad finem* BREV. *(HNGYDO[E]CP [*16 reliqua ... 17 invenitur *char. diverso] MLS).* — IVST. 1, 7, 2.

1 propium *E* deflexerat *E* 2 eademque] *scripsi, non* eadem quae errores *E* committetur *E* 4 artificis *E* uexit *E* 5 uaretate $E^a$ 6 semper agitentur] *scripsi*, semper eragitentur *E*, semper exagitentur *Cui.* metan $E^a$ 7 quis] qui *Cui.* 8 sacrilegio $E^b$, sacrilegiu $E^a$ ritos *E* 9 dedecus] *Cuiacius*, decus *E* 11 sortiatur] *Iust.*, sortitur *E Cui.* ut eodem] *Cui.*, eodem ut *E* 12/13 praesens] *E*, particeps *Cuiacius*, *requiritur* reprehensor *vel tale quid* 13/14 neque enim ... atquiescens preuaricationem] *sic E corrupte*, neque quam superno nomini tacitus praestitit perfidiam eos ad praeuaricationem *Cuiacius*, *temptavi talia:* neque enim eam superno numini [iniuriam facienti adsensum qui probatur] tacitus praestitisse perfidia sceleribus adquiescens, praeuaricatione deinceps tamquam ignarus accuset 15 dat. xii *(sic rel. et Iust.*, xu *O)* k. iun. (ils *H*, ian. *C Iust. [Bamb. Hal.]*, *om. [E]*), pat. mer. ii *(om. [E])* et saturnino (saturno *M*) *libri* 16 legis] legis istius *[E]*, *om. CP MLS* de] do *G* manecheis *N*, miniis *G* facta] pacta *S* 16/17 in nou. euidentior] in nou. euidentius *[E]*, euidentius in nouellis *G* 17 haec (ista *[E]*) lex (h. l. *om. M*) interpretatione (-tionem *P*, -tio *S*) non indiget (eg̅ *P*, egit *S*) *om. HNYD*

---

7, 4 (391 Mai. 11).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCADIVS AAA. FLAVIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ii, qui sanctam fidem prodiderint et sanctum baptisma ⌐ profanaverint, a consortio omnium segregati sint, a testimoniis alieni, testamenti, ut ante iam sanximus, non habeant factionem, nulli in hereditate succedant, a nemine scribantur heredes. Quos etiam praecepissemus procul abici ac longius amandari, nisi poenae visum fuisset esse maioris versari inter homines et hominum carere suffragiis.
1 Sed nec umquam in statum pristinum revertentur, non flagitium morum oblitterabitur paenitentia neque umbra aliqua exquisitae defensionis aut muniminis obducetur, quoniam quidem eos, qui fidem quam deo dicaverant polluerunt et prodentes divinum mysterium in profana migrarunt, tueri ea quae sunt commenticia et concinnata non possunt. Lapsis etenim et errantibus subvenitur, perditis vero, hoc est sanctum baptisma profanantibus, nullo remedio paenitentiae, quae solet aliis criminibus ⌐prodesse¬ succurritur. DAT. V ID. MAI. CONCORDIAE TATIANO ET SYMMACHO CONSS.

IVST.
⌐ haeretica superstitione

IVST.
⌐adesse¬

---

*E.* — GEMINA 11, 39, 11 (*ad* 4 alieni). — IVST. 1, 7, 3.

2 hii *E* 2/3 perdiderint *Iust.* 3 sanctum] sacrum *gem.* baptismum *E* profanarint *gem.* a *om. Iust.* 5 hereditatem *E* 6 amandari] *Iust. (C*$^a$*) Cuiacius*, amendani $E^a$, emendari $E^b$ *(cum * E)* 8 nec] non *Cui.* 10 prudentes *E* ministerium *Cui.* 11 migrauerunt *Iust.* concinnata] *Iust.*, concimata *E* 12. baptismum $E^1$ *(cum *E)* 13 nullum remedium *E* 14 dat. u (ui *Iust. [Bamb.]*) id. mai. *(sic gemina*, mar. *E Iust. [Bamb.]*, iul. *Iust. [Hal.])* concordiae (consordiae *E*) tat. et symm. (symago *E*) *liber*

XVI, 7, 5 (391 Mai. 11).

IDEM AAA. FLAVIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis splendor conlatus est in eos vel ingenitus dignitatis, qui fide devii et mente caecati sacrosanctae religionis cultu et reverentia descivissent ac se sacrificiis mancipassent, pereat, ut de loco suo statuque deiecti perpetua urantur infamia ac ne in extrema quidem vulgi ignobilis parte numerentur. Quid enim his cum hominibus potest esse commune, qui infandis et feralibus mentibus gratiam communionis exosi ab hominibus recesserunt? DAT. V ID. MAI. CONCORDIAE TATIANO ET SYMMACHO CONSS.

*E*

2 ingenitos *E* fide] *Cuiacius*, fidem *E* 3 pereat] *Seeck*, pereant *E* perdant *Cuiacius*, eum perdant *Gothofredus* 4 ignobilis] *Cuiacius*, nobilis *E*

XVI, 7, 6 (396 Mart. 23).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eos, qui, cum essent Christiani, idolorum se superstitione impia maculaverint, haec poena persequitur, ut testandi in alienos non habeant facultatem, sed certa his generis sui propago succedat, id est pater ac mater, frater ac soror, filius ac filia, nepos ac neptis, nec ulterius sibi progrediendi quisquam vindicet potestatem. DAT. X KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(O)L(I) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

*E*

2 christianis dolorum *E** superstitionum *E*

XVI, 7, 7 (426 Apr. 7).

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. BASSO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA:
Apostatarum sacrilegum nomen singulorum vox continuae accusationis incesset et nullis
1 finita temporibus huiuscemodi criminis arceatur indago. Quibus quamvis praeterita
interdicta sufficiant, tamen etiam illud iteramus, ne quam, postquam a fide deviaverint,
testandi aut donandi quippiam habeant facultatem, sed nec venditionis specie facere legi
fraudem sinantur totumque ab intestato Christianitatem sectantibus propinquis potissi-
2 mum deferatur. In tantum autem contra huiusmodi sacrilegia perpetuari volumus actio-
nem, ut universis ab intestato venientibus etiam post mortem peccantis absolutam vocem
insimulationis congruae non negemus. Nec illud patiemur obstare, si nihil in contesta-
3 tione profano dicatur vivente perductum. Sed ne huius interpretatio criminis latius
incerto vagetur errore, eos praesentibus insectamur oraculis, qui nomen Christianitatis
induti sacrificia vel fecerint vel facienda mandaverint, quorum etiam post mortem com-
probata perfidia hac ratione plectenda est, ut donationibus testamentisque rescissis ii,
quibus hoc defert legitima successio, huiusmodi personarum hereditate potiantur. DAT. VII
ID. APRIL. RAVENNAE THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS.

*E.* — IVST. 1, 7, 4.

4 quam *om. Iust.* a] *Iust.*, *om. E Cui.* 5/6 legis fraude *E Iust. (C)* signantur *E** *(cum *E)* christianitate *E* 7 huiuscemodi *Iust.* perpetuari] *Cui. Iust. (cum *E)*, pertuas *E* 9 insimulationis] *Iust. (M)*, simulationi *E*, simillationis *Iust. (C)*, simulationis *Iust. (R)*, insimulationi *Cui.* illud] *Cui. Iust.*, illum *E* nihil] *Cui. Iust.*, his *E* 9/10 contestationem *Cui.* 10 uiuente] *Cui. Iust.*, ueniente *E* 11 nomine *Iust.* 12 uel fecerint] *E*, fecerint *Cui.* uel facienda mandauerint] *Iust.*, *om. E Cui.* 12/13 conprobatam perfidiam *E* 13 reascissis *E* hii *E* 14/15 dat. uii *(sic E*, uiii *Iust. [Hal.]*, xuii *Iust. [Bamb.])* id. apr. rau. th. xii (x *Iust. [Bamb.]*) et ual. ii aa. (c. ii *Iust. [Bamb.]*) *libri*

## VIII [= BREV. III]. DE IVDAEIS, CAELICOLIS ET SAMARITANIS.

*Rubricam om. EGCPMS.* — et *om. [E].* — *Iust.* 1, 9: de Iudaeis et Caelicolis.

XVI, 8, 1 (315 Oct. 18).

IMP. CONSTANTINVS A. AD EVAGRIVM. Iudaeis et maioribus eorum et patriarchis volumus intimari, quod, si quis post hanc legem aliquem, qui eorum feralem fugerit sectam et ad dei cultum respexerit, saxis aut alio furoris genere, quod nunc fieri cognovimus, ausus fuerit adtemptare, mox flammis dedendus est et cum omnibus suis participibus concremandus. || 1 Si quis vero ex populo ad eorum nefariam sectam accesserit et conciliabulis eorum se adplicaverit, cum ipsis poenas meritas sustinebit. || *fin.* IVST. DAT. XV KAL. NOV. MVRGILLO CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

*V (redit* 3 sectam*) EYDO.* — IVST. 1, 9, 3.

1 $\overline{aa}$ *E* euagrium] e. $\overline{ppo}$ *Iust.* 2 quis] qui *Cui.* 3 ad dei cultum respexerit] *V Cui. Iust.*, a dei cultu recesserit *E* 4 suis *om. O* 5/6 acceserint *E* 6 adplicauerint *E*, applicuerit *O* sustinebit] *V*, sustineri *E*[b], sustineri *E*[a] 6/7 dat. xu (x *E*) k. nou. murgillo ($\overline{cp}$ *Iust. [PL]*; Mursellae *Gothofredus*) const. a. iiii et lic. iiii *libri: refragatur subscriptio altera satis certa Vatic. 273:* XIIII k. Nov. Mediolano Constantino et Licinio (AA. IIII) conss.

XVI, 8, 2 (a. 330 Nov. 29).

IDEM A. AD ABLAVIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Qui devotione tota synagogis Iudaeorum patriarchis vel presbyteris se dederunt et in memorata secta degentes legi ipsi praesident, inmunes ab omnibus tam personalibus quam civilibus muneribus perseverent, ita ut illi, qui iam forsitan decuriones sunt, nequaquam ad prosecutiones aliquas destinentur, cum oporteat istiusmodi homines a locis in quibus sunt nulla conpelli ratione discedere. Hi autem, qui minime curiales sunt, perpetua decurionatus immunitate potiantur. DAT. III KAL. DECEMB. CONSTANT(INO)P(OLI) GALLICANO ET SYMMACHO CONSS.

*VE*

1 $\overline{aa}$ *E* $\overline{ppm}$ *E* 2 patriarchis uel presbyteris] patriarchae uel presbyteri *Seeck; fortasse haec delenda* in] *V*, im *E* memoratas sectas *V* 4 decuones *V*[1] 4/5 desinentur *E* 5 rationem *E* 6 hii *VE* decurionatus] decurionatos *E*, curia natus *V* 7 iii *om. E* galligano *E* symmacho] *V*, basso *E (= a. 317) interpolans propterea quod haec constitutio media est inter duas a. 315 et a. 321*

XVI, 8, 3 (321 Dec. 11).

IDEM A. DECVRIONIBVS AGRIPPINIENSIBVS. Cunctis ordinibus generali lege concedimus Iudaeos vocari ad curiam. Verum ut aliquid ipsis ad solacium pristinae observationis relinquatur, binos vel ternos privilegio perpeti patimur nullis nominationibus occupari. DAT. III ID. DEC. CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

*VE*

1 aa. *E* agripinensium *E* 2 uocare *E* 3 perpeti patimur] perpetimur *E* 4 cc. *om. E*

XVI, 8, 4 (331 Dec. 1).

IDEM A. HIEREIS ET ARCHISYNAGOGIS ET PATRIBVS SYNAGOGARVM ET CETERIS, QVI IN EODEM LOCO DESERVIVNT. Hiereos et archisynagogos et patres synagogarum et ceteros, qui synagogis deserviunt, ab omni corporali munere liberos esse praecipimus. DAT. KAL. DEC. CONSTANT(INO)P(OLI) BASSO ET ABLAVIO CONSS.

*VE*

1 aa. *E* et arch.] archissinagogis *E* ceteros *V* 3 corporalium *E*

XVI, 8, 5 [= BREV. XVI, 3, 1] (335 Oct. 22).

IDEM A. AD FELICEM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: Eum, qui ex Iudaeo Christianus factus est, inquietare Iudaeos non liceat vel aliqua pulsare iniuria, pro qualitate commissi istiusmodi contumelia punienda. ET CETERA. DAT. XI KAL. NOV. CONSTAN(TINO)P(OLI), P(RO)P(OSITA) VIII ID. MAI. NEPOTIANO ET FACVNDO CONSS.

Haec lex interpretatione non eget.

*VE.* — BREV. *(HNGYDO[E]CPMS).* — *SIRM. 4 integra.*

1 idem] *VEYDO*, imp. constantinus *HNG[E]CPMS* felice *[E]* ppo] ppm *EN*, *om. O* post alia *om. H* eum qui ... 3 punienda] praecipimus, ut, si quispiam Iudaeorum ... Christianus esse delegerit, ne quid a Iudaeis inquietudinis ... patiatur. Quod si ex Iudaeo Christianum factum aliquis Iudaeorum iniuria putauerit esse pulsandum, volumus istiusmodi contumeliae machinatorem pro criminis qualitate commissi poenis ultricibus, subiugari *Sirm.* iudaeis *N* 2 iudaeos] iudeis *YDO* pulsari *[E]* 3 contumelio *[E]* punienda] p. est *GS* et cetera *om. H* 3/4 dat. xi (xii *Sirm.*) k. nou. constantinopoli (-lim *H*, *om. Sirm.*) pp (ppa *YD*, praecepto *S*, ppo *E[E]*, accepta *N*) uiii (uii *Sirm.*, prid. *GCPMS*) id. (kl. *NYO*) mai. (karthagine *inc. Sirm. et 16, 9, 1*) nep. et fac. *libri: consulatus utrum ad subscriptionem imperatoris an ad legis propositionem trahendus sit, non liquet* 5 haec (sta *H*, ista *N*) lex *om. YM* interpretatione] interpretatio *S*, expl *Y* eget] indiget *HGC*

XVI, 8, 6 (339 Aug. 13).

IMP. CONSTANTIVS A. AD EVAGRIVM. POST ALIA: Quod ad mulieres pertinet, quas Iudaei in turpitudinis suae duxere consortium in gynaeceo nostro ante versatas, placet easdem restitui gynaeceo idque in reliquum observari, ne Christianas mulieres suis iungant flagitiis vel, si hoc fecerint, capitali periculo subiugentur. DAT. ID. AVG. CONSTANTIO A. II CONS.

*VEYDO*

1 constantinus *EYDO* euagrium] *mag. incertus* 2 turpitudis *E* gyneceo *V*, cinecio *E*, gynecheo *YD*, ginecheo *O* 3 restui *Y* gynecaeo *V*, cinecio *E*, gynecheo *YD*[b], ginecheo *O*, gynacheo *D*[a] in *om. D*[a] reliqum *V* 4/5 constantio a. ii cons.] *V*, constpl a. cons. *E*, constantio ii consule *O*, constantio ā ii et constante cons. *YD recte cum* 16, 9, 2 haec lex *add. D*) expl. (intp *D*) non eget *add. YD*

XVI, 8, 7 [= BREV. XVI, 3, 2] (357 [352] Iul. 3).

IDEM A. ET IVLIANVS CAES. AD THALASSIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis lege venerabili constituta ex Christiano Iudaeus effectus sacrilegis coetibus adgregetur, cum accusatio fuerit conprobata, facultates eius dominio fisci iussimus vindicari. DAT. V NON. IVL. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

Ista lex interpretatione non eget.

*VE.* — BREV. *(HNGYDO[E]CPMS).* — IVST. 1, 7, 1.

1 idem] *VGD*, imp. constantius (-tinus *HN[E]*) *HNO[E]CPMS* ā *om. CPM* et iulianus c (consul *ES*) *om. Iust.* thalassum *V*, talasium *DM*, talassum *NHPG*, thalasum *[E]* ppo] ppm *NE* lege ... 2 effectus] pectus *S* legi *N*, legem *EH* 2 uenerabilis *[E]*, uenerabiliter *H* constitutam *H*, contempta *O*, constitutus *Iust.*: destituta *Gothofredus*, consputa *ego* iudaeos *NY*[a] sacrileges *N*, sacrae legis *Y[E]C*[1], *om. E* augregetur *H*, adgregentur *[E]* 3 eiusdem *Iust.* domino *ED*[a]*H* iubemus *Iust.* 3/4 dat. u non. (id. *G*) iul. med. constantio *(om. G)* a. *(om. O)* uiiii (uiii *NCPMS Iust. [Hal.]*) et iul. c. *(sic VNGYDO[E]*, consule *E*, *om. HCPMS*) ii *(om. OCPMS Iust. [Hal.]) libri. Subscriptio corrupta est, tum propterea quod a. 357 praefecturam eam Musonianus obtinebat tum quod Thalassius praefectus praetorio obiit a. 353 teste Ammiano* (14, 7, 9 cf. 14, 1, 10; *in eo loco legendum esse* quem obisse iam compererat lege communi *dubitari non potest, neque obstant quae idem auctor 22, 9, 16 narrat de Thalassio filio puto illius, certe diverso, cum dignitas ex proximo libellorum non conveniat viro praefectorio. Fortasse constitutio referenda est ad a. 352* Constantio A. V et Constantio C. conss. *Locus quoque Mediolanum non quadrans in a. 357 recte referetur ad a. 352* 5 haec (ista *N[E]*, sta *H*) lex (h. l. *om. YM*) interpretatione (-tio *S*, expl *Y*) non eget (indiget *H[E]C*) *om. G*

XVI, 8, 8 (392 Apr. 17).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Iudaeorum querellae quosdam auctoritate iudicum recipi in sectam suam reclamantibus legis suae primatibus adseverant, quos ipsi iudicio suo ac voluntate proiciunt. Quam omnino submoveri iubemus iniuriam nec eorum in ea superstitione sedulus coetus aut per vim iudicum aut rescribti subreptione invitis primatibus suis, quos virorum clarissimorum et inlustrium patriarcharum arbitrio manifestum est habere sua de religione sententiam, opem reconciliationis mereatur indebitae. DAT. XV KAL. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS.

*VE*

2 quaerellae *V* reclantibus *E*[a] 3 adseuerent *E* suo *om. E* 4 submori *V*[1] superstitione sedulus] *V*, superstitionis sedolus *E*, *fortasse* superstitione seclusus 5 iuitis *E* carissimorum *E* 6 arbitrium *E* mamanifestum *V* 7 mereatur] *Beck*, mereantur *V*, mergantur *E* indebitae] *fortasse* inuitae

XVI, 8, 9 (393 Sept. 29).

IDEM AAA. ADDEO COM(ITI) ET MAG(ISTRO) VTRIVSQVE MILITIAE PER ORIENTEM. Iudaeorum sectam nulla lege prohibitam satis constat. Unde graviter commovemur interdictos quibusdam locis eorum fuisse conventus. Sublimis igitur magnitudo tua hac iussione suscepta nimietatem eorum, qui sub Christianae religionis nomine inlicita quaeque praesumunt et destruere synagogas adque expoliare conantur, congrua severitate cohibebit. DAT. III KAL. OCTOB. CONSTANT(INO)P(OLI) THE(O)D(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

*VE*

2 nullam legem *E* 6 dat. kal. oct. (deceb̄ *E*) const. theod. (thed̄ *V*) a. (*om. E*) iii (*om. E*) et ab. *libri*

XVI, 8, 10 (396 Febr. 27).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD IVDAEOS. Nemo exterus religionis Iudaeorum Iudaeis pretia statuet, cum venalia proponentur: iustum est enim sua cuique committere. Itaque rectores provinciae vobis nullum discussorem aut moderatorem esse concedent. Quod si quis sumere sibi curam praeter vos proceresque vestros audeat, tum velut aliena adpetentem supplicio coherceri festinent. DAT. III KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

*VE.* — IVST. 1, 9, 9.

1 exterius *E* 2 praetia *V* cuique] cuicumque *Iust.* (*praeter E*) 3 prouinciarum *Iust.* 4 quis] *E Iust.*, qui *V* tum] cum *Iust.* (*C*), eum *Iust.* (*RM*) 5 coercere *Iust.*

XVI, 8, 11 (396 Apr. 24).

IDEM AA. AD CLAVDIANVM COM(ITEM) ORIENTIS. Si quis audeat inlustrium patriarcharum contumeliosam per publicum facere mentionem, ultionis sententia subiugetur. DAT. VIII KAL. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

*VE*

1 claudium *E* 2 contumeliosa *E* sententia] *sic VE* 3 aa̅ *om. E*

XVI, 8, 12 (397 Iun. 17).

IDEM AA. ANATOLIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI. Excellens auctoritas tua rectores conveniri praecipiat, ut percepta notione cognoscant oportere a Iudaeis inruentum con-

2 percepta] *E*, praecepta *V* notatione *E* inuentum *E*

tumelias propulsari eorumque synagogas in quiete solita permanere. DAT. XV KAL. IVL. CONSTANT(INO)P(OLI) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*VE*

1 propulari *E* 1/2 dat. xu (xui *E*) k. iul. const. caesario (ppo *ins. E*) et attico (attigo *E*) *libri*

XVI, 8, 13 (397 Iul. 1).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Iudaei sint obstricti caerimoniis suis: nos interea in conservandis eorum privilegiis veteres imitemur, quorum sanctionibus definitum est, ut privilegia his, qui inlustrium patriarcharum dicioni subiecti sunt, archisynagogis patriarchisque ac presbyteris ceterisque, qui in eius religionis sacramento versantur, nutu nostri numinis perseverent ea, quae venerandae Christianae legis primis clericis sanctimonia deferuntur. Id enim et divi principes Constantinus et Constantius, Valentinianus et Valens divino arbitrio decreverunt. Sint igitur etiam a curialibus muneribus alieni pareantque legibus suis. DAT. KAL. IVL. CAESARIO ET ATTICO CONSS.

*VE*

1 aaa. *V* iudaeis *E* 3 qui] *Cuiacius*, quae *VE* dicionis *E* 3/4 archisynagogis *V* 4 patriarchisque *aut del. aut scr. cum Seeckio* patribusque religiones *E* 5 nominis *E* primi *E* 6 et constantius *om. E* 7 decreuerant *E*

XVI, 8, 14 (399 Apr. 11).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Superstitionis indignae est, ut archisynagogi sive presbyteri Iudaeorum vel quos ipsi apostolos vocant, qui ad exigendum aurum adque argentum a patriarcha certo tempore diriguntur, a singulis synagogis exactam summam adque susceptam ad eundem reportent. Qua de re omne, quidquid considerata temporis ratione confidimus esse collectum, fideliter ad nostrum dirigatur aerarium: de cetero autem nihil praedicto decernimus esse mittendum. Noverint igitur populi Iudaeorum removisse nos depraedationis huiusmodi functionem. Quod si qui ab illo depopulatore Iudaeorum ad hoc officium exactionis fuerint directi, iudicibus offerantur, ita ut tamquam in legum nostrarum violatores sententia proferatur. DAT. III ID. APRIL. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

*VE*

1/2 archisinagogis *E* 4 qua de re] *scr.* quare 7 qui] quis *E* 9 sententiam *E* 10 uc.] uic̄ *E*

XVI, 8, 15 (404 Febr. 3).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cuncta privilegia, quae viris spectabilibus patriarchis vel his, quos ipsi ceteris praeposuerunt, divae memoriae pater noster adque retro principes detulerunt, suum robur tenere censemus. DAT. III NON. FEB. CONSTANT(INO)P(OLI) HONORIO A. VI ET ARISTAENETO CONSS.

*VE*

1 *requiritur* idem AA. et Theodosius A. euthiciano *E* 3 rubor *E* 4 aristeneto *V*

XVI, 8, 16 (404 Apr. 22).

IDEM AA. ROMVLIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Iudaeos et Samaritanos, qui sibi agentum in rebus privilegio blandiuntur, omni militia privandos esse censemus. DAT. X KAL. MAI. ROM(AE) HONOR(IO) A. VI ET ARIST(AENETO) CONSS.

*VEYDO.* — *Scholia Vaticana:* Samaritanos Iudaeos magistrianos iubet non esse.

1 idem aa.] idem a. *Y*, impp. honorius et theodosius aa. *O: requiritur* idem AAA. rumiliano *YDO* ppo] *vide ad 9, 38, 10* samaritas *O* 2 omnino *YDO* militiae *YD* 2/3 dat. x k. mai. rom. hon. ui (*sic EYD*, ii *O*, *om. V*) et aristaeneto (aristeneto *D*[a], aristeneto *YD*[b], arist *V*) expl(anatione) non eget *add. YD*

XVI, 8, 17 (404 Iul. 25).

IDEM AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Dudum iusseramus, ut ea, quae patriarchis a Iudaeis istarum partium ex consuetudine praebebantur, minime praeberentur. Verum nunc amota prima iussione secundum veterum principum statuta privilegia cunctos scire volumus Iudaeis mittendi copiam a nostra clementia esse concessam. DAT. VIII KAL. AVG. ROM(AE) HONORIO A. VI ET ARISTAENETO CONSS.

*VE*

1 *requiritur* idem AAA. que *V* 2 consuetudinem *E*ᵃ praebeantur *E* 3 primam iussionem *E* ueterum] uerum *E* 5 aristeneto *V*

XVI, 8, 18 (408 Mai. 29).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Iudaeos quodam festivitatis suae sollemni Aman ad poenae quondam recordationem incendere et sanctae crucis adsimulatam speciem in contemptum Christianae fidei sacrilega mente exurere provinciarum rectores prohibeant, ne iocis suis fidei nostrae signum inmisceant, sed ritus suos citra contemptum Christianae legis retineant, amissuri sine dubio permissa hactenus, nisi ab inlicitis temperaverint. DAT. IIII KAL. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

*VE*. — IVST. 1, 9, 11.

1 quosdam *Iust.* 2 condam *E*ᵃ 3 adsimilatam *Iust. (CR)* specie *E* contemptu *V Iust.*, contemtu *E* sacrilegam mentem *E* 4 iocis] *scripsi*, locis *VE Iust.* 5 citra] *Iust. (RM)*, contra *Iust. (C)*, infra *VE* contentu *E* reteneant *E* 6 iiii] *V*, iii *Iust. (Hal.)*, *om. E*

XVI, 8, 19 (409 Apr. 1).

IDEM AA. IOVIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Caelicolarum nomen inauditum quodammodo novum crimen superstitionis vindicabit. Ii nisi ⸢intra anni terminos⸣ ad dei cultum venerationemque Christianam conversi fuerint, his legibus, quibus praecepimus haereticos adstringi, se quoque noverint adtinendos. ⌈ Certum est enim, quidquid a fide Christianorum discrepat, legi Christianae esse contrarium. ‖ Quam quidam adhuc, vitae suae etiam et iuris inmemores, adtrectare ita audent, ut de Christianis quosdam foedum cogant taetrumque Iudaeorum nomen induere. Et quamvis qui haec admiserint, priscorum principum legibus iure damnati sint, non tamen paenitet saepius admonere, ne mysteriis Christianis inbuti perversitatem Iudaicam et alienam Romano imperio post Christianitatem cogantur arripere. Ac si quisquam id crediderit esse temptandum, auctores facti cum consciis ad poenam praeteritis legibus cautam praecipimus constringi, quippe cum gravius morte sit et inmitius caede, si quis ex Christiana fide incredulitate Iudaica polluatur. Et id-

IVST. 1, 9, 12
⸢ ⸣ *om.* IVST.

⌈ *interponitur Th. 16, 5, 43*

‖ *fin.*

2 quondam modo novum crimen superstitionis indicavit *Seeck* 3 uindicauit *libri* hii *VE* infra *E* 5 quibus *om. E* precipimus *E Iust.* hereticos *V* 7 a *om. Iust. (praeter M*ᵇ*)* legis *E* 9 suae etiam] *fortasse scr.* nequam 10 foedum *om. E* 10/11 taetrumque] utrumque *E* 13 damnatis *E* admoneret *E* 15 christianitate *E*, chistiani (christiani *V*²) tamē (*aut* = en *aut* = em) *V* 20 x̄piane *E*

circo ¦ ⌐iubemus, ne ecclesiis quisquam nocens vel cuiusquam abducere fideli ac devota deo praeceptione sancimus, sub hac videlicet definitione⌐, ut, si quisquam contra hanc legem venire temptaverit, sciat, se ad maiestatis crimen esse retinendum. DAT. KAL. APRIL. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

IVST. 1, 12, 2
|| *inc.* ⌐Fideli ac devota praeceptione sancimus nemini licere ad sacrosanctas ecclesias confugientes abducere: sub hac videlicet definitione⌐

*VE.* — IVST. 1, 9, 12. 1, 12, 2.

1/2 nocens uel cuiusquam] *fortasse exciderunt quaedam ad hoc exemplum:* ne ecclesiis quisquam nocens uel [innocens ad eas confugiens extrahatur, Iudaeo potissimum ne liceat inde seruum] cuiusquam abducere 5 maiestatem *E* 6 uiii] uii *Iust. (Greg. Ambr.)*

XVI, 8, 20 (412 Iul. 26).

IDEM AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quae Iudaeorum frequentari conventiculis constat quaeque synagogarum vocabulis nuncupantur, nullus audeat violare vel occupata detinere, cum sine intentione religionis et cultus omnes quieto iure sua debeant retinere.
1 At cum vero Iudaeorum memorato populo sacratum diem sabbati vetus mos et consuetudo servaverit, id quoque inhibendum esse censemus, ne sub obtentu negotii publici vel privati memoratae observationis hominem adstringat ulla conventio, cum reliquum omne tempus satis publicis legibus sufficere videatur sitque saeculi moderatione dignissimum, ne delata privilegia violentur: quamvis retro principum generalibus constitutis satis de hac parte statutum esse videatur. DAT. VII KAL. AVG. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*VE*

3 cum *om. E* omnis *E* sua debeant] *V*, suadebant *E* 4 at cum uero] ad cum uero *VE, aut* at *aut* uero *del.* uetus] *E Cui. (1566), om. V* 5 seruauerit] *Gothofredus*, seruauit *VE* 6 priuatim *E* relicum *V* 7 tempus] tem *E* publice *E*

XVI, 8, 21 (412 [418?] Aug. 6).

IDEM AA. PHILIPPO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O PER ILLYRICVM. Nullus tamquam Iudaeus, cum sit innocens, obteratur nec expositum eum ad contumeliam religio qualiscumque perficiat. Non passim eorum synagogae vel habitacula concrementur vel perperam sine ulla ratione laedantur, cum alioquin, etiam si sit aliquis sceleribus implicatus, idcirco tamen iudiciorum vigor iurisque publici tutela videtur in medio constituta, ne quisquam sibi ipse permittere valeat ultionem. Sed ut hoc Iudaeorum personis volumus esse provisum, ita illud quoque monendum esse censemus, ne Iudaei forsitan insolescant elatique sui securitate quicquam praeceps in Christianae reverentiam cultionis admittant. DAT. VIII ID. AVG. CONSTANT(INO)P(OLI) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

*VE.* — IVST. 1, 9, 14.

1 per illyricum (hilliricum *E*) *om. Iust.* 2 obiteratur *V* 3 perficiat] *VE Iust. (E)*, proficiat *Iust. (reliqui)*: *scr.* proiciat 4 ullam rationem *E* aliquid *E* implicitus *Iust.* 5 uidetur] *V Iust.*, uideatur *E* 6 ipse] *VE Iust. (N^b et Graeci)*, ipsi *Iust. (CRM)* 6/7 prouisu *E* 7 illatique *E* 8 cultionis] *V cum Iust. (Basil.: θρησκείας)*, ultionis *E et Iust. (Lat.)* 9 hon. uiiii et th. u] *VE*, hon. x et th. ui *Iust. (Hal.), collatis constitutionibus 6, 23, 1 et 16, 2, 45 fortasse scr.* Honorio XII et Theodosio VIII (418)

XVI, 8, 22 (415 Oct. 20).

IDEM AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O II. Quoniam Gamalielus existimavit se posse inpune delinquere, quo magis est erectus fastigio dignitatum, inlustris auctoritas tua sciat nostram serenitatem ad virum inl(ustrem) mag(istrum) officiorum direxisse praecepta, ut ab eo codicilli demantur honorariae praefecturae, ita ut in eo sit honore, in

2 quo] *E*, quod *V* 4 perfecture *E*

quo ante praefecturam fuerat constitutus ac deinceps nullas condi faciat synagogas et si quae sint in solitudine, si sine seditione possint deponi, perficiat, et ut inter Christianos nullam habeat copiam iudicandi; et || si qua inter eos ac Iudaeos sit contentio, a rectoribus provinciae dirimatur. || Si Christianum vel cuiuslibet sectae hominem ingenuum servumve Iudaica nota foedare temptaverit vel ipse vel quisquam Iudaeorum, legum severitati subdatur. Mancipia quoque Christianae sanctitatis si qua aput se retinet, secundum Constantinianam legem ecclesiae mancipentur. DAT. XIII KAL. NOV. CONSTANT(INO)P(OLI) HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS.

|| Si qua inter Christianos et Iudaeos sit contentio, non a senioribus Iudaeorum, sed ab ordinariis iudicibus dirimatur IVST.

*VE.* — IVST. 1, 9, 15.

1 quo] co *E* nulla *V* 2 inter] in *E* 4 contentio] intentio *Iust. (praeter* $W^b$*)* a *om. E* rectoribus] *scr.* rectore 6 seruum uel *E* 7 foedare temptauerit] *V*, temptare uoluerit *E* 8 retinent *E* 9 xiii] xiiii *Iust. (PL)*

VI, 8, 23 (416 Sept. 24).

IDEM AA. ANNATI DIDASCALO ET MAIORIBVS IVDAEORVM. Et veteribus et nostris sanctionibus constitutum est, cum propter evitationem criminum et pro diversis necessitatibus Iudaicae religionis homines obligatos ecclesiae se consortio sociare voluisse didicerimus, non id devotione fidei, sed obreptione simulandum fieri. Unde provinciarum iudices, in quibus talia commissa perhibentur, ita nostris famulatum statutis deferendum esse cognoscant, ut hos, quos neque constantia religiosae confessionis in hoc eodem cultu inhaerere perspexerint neque venerabilis baptismatis fide et mysteriis inbutos esse, ad legem propriam, quia magis Christianitati consulitur, liceat remeare. DAT. VIII KAL. OCTOB. RAV(ENNAE) THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

*VE*

2 constitum *V* est *om. E* 3 *scr.* iud. religionis se consortio homines obl. ecclesiae aeclesiae *V* 3/4 didiceremus (ded- $E^a$) *E* 4 simulando *malim*, simulantum *Gothofredus* 6 hos] *fortasse* hos solos constantie *E* 6/7 inherere *V* fidem *E* 8 quia] quia ita *Seeck* xpianitatis *E*

VI, 8, 24 (418 Mart. 10).

IDEM AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In Iudaica superstitione viventibus adtemptandae de cetero militiae aditus obstruatur. Quicumque igitur vel inter agentes in rebus vel inter palatinos militiae sacramenta sortiti sunt, percurrendae eius et legitimis stipendiis terminandae remittimus facultatem, ignoscentes facto potius quam faventes, in posterum vero non liceat quod in praesenti paucis volumus relaxari. Illos autem, qui gentis huius perversitati devincti armatam probantur adpetisse militiam, absolvi cingulo sine ambiguitate decernimus, nullo veterum meritorum patrocinante suffragio. Sane Iudaeis liberalibus studiis institutis exercendae advocationis non intercludimus libertatem et uti eos curialium munerum honore permittimus, quem praerogativa natalium et splendore familiae sortiuntur. Quibus cum debeant ista sufficere, interdictam militiam pro nota non debent aestimare. DAT. VI ID. MART. RAV(ENNAE) HONOR(IO) XII ET THEOD(OSIO) VIII AA. CONSS.

*VE*

2 additus *E* 3 sacramenta militiae *E* eius *om. E* 4 remittemus *V* 6 genti *V* peruersitati] *scripsi*, peruersitate *VE* deuicti *E* 8 aduocatio uocationis *E* non intercludimus] *E*, noinntercludimus *(sic) V* 9 curalium $V^a$ numerum *E* honere *V* quam *VE*

VI, 8, 25 (423 Febr. 15).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Placet in posterum nu synagogas Iudaeorum vel auferri passim vel flammis exuri et si quae su·

2 quae] que *V* legem] *V*, lege *E*, *scr.* legem aui nostri (*scilicet* 16,

recenti molimine vel ereptae synagogae vel ecclesiis vindicatae aut certe venerandis mysteriis consecratae, pro his loca eis, in quibus possint extruere, ad mensuram videlicet
1 sublatarum, praeberi. Sed et donaria si qua sunt sublata, eisdem, si necdum sacris mysteriis sunt dedicata, reddantur, sin redhibitionem consecratio veneranda non sinit, pro
2 his eiusdem quantitatis pretium tribuatur. Synagogae de cetero nullae protinus extruantur, veteres in sua forma permaneant. DAT. XV KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

*VE*

3 sublatatarum preberis *E* sublata sunt *E* 4 sint redhibitione *E*

---

XVI, 8, 26 (423 Apr. 9).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nota sunt adque omnibus divulgata nostra maiorumque decreta, quibus abominandorum paganorum, Iudaeorum etiam adque haereticorum spiritum audaciamque conpressimus. Libenter tamen repetendae legis occasionem amplexi Iudaeos scire volumus, quod ad eorum miserabiles preces nihil aliud sanximus, quam ut hi, qui pleraque inconsulte sub praetextu venerandae Christianitatis admittunt, ab eorum laesione persecutioneque temperent utque nunc ac deinceps synagogas eorum nullus occupet, nullus incendat. Tamen ipsi || Iudaei et bonorum proscribtione et perpetuo exilio damnabuntur, si nostrae fidei hominem circumcidisse eos vel circumcidendum mandasse constiterit. ET CETERA. DAT. V ID. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

|| *inc.* IVST.

*VE.* — IVST. 1, 9, 16.

3 hereticorum *V* 3/4 occasione *VE* 5 sancximus *V* quam *om.* *E* hii *E* | 6 persequtionemque *E* utquae *V* 7 incendet *E* 9 et cetera *om.* *E*

---

XVI, 8, 27 (423 Iun. 8).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quae nuper de Iudaeis et synagogis eorum statuimus, firma permaneant: scilicet ut nec novas umquam synagogas permittantur extruere nec auferendas sibi veteres pertimescant. Cetera vero vetita in posterum sciant esse servanda, quemadmodum nuper constitutionis latae forma declarat. ET CETERA. DAT. VI ID. IVN. CONSTANTINOP(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

*VEYDO*

1 ā *D* asclepio ppo *YD* iudaeos $Y^a$ 2 permaneat *V* 3 auferenda *E* ueteris $VY^a$ | uero] *fortasse* quoque

---

XVI, 8, 28 (426 Apr. 8).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. BASSO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si Iudaei vel Samaritae filius filiave seu nepos, unus aut plures, ad Christianae religionis lucem de tenebris propriae superstitionis consilio meliore migraverint, non liceat eorum parentibus, id est patri vel matri, avo vel aviae, exheredare vel in testamento silentio praeterire vel minus aliquid eis relinquere, quam poterant, si ab intestato vocarentur, adipisci. Quod si ita forsitan evenerit, iubemus eum ab intestato rescissa voluntate succedere, libertatibus, quae in eodem testamento datae fuerint, si intra legitimum numerum sunt, suam obtinentibus

1 āā *om.* *O* 2 seu] se *E* nepos (nepus $V^1$) *om.* *E* ad] aut $Y^a$ christiana *V* 3 maiore migrauerit *V* id est *om.* *E* | 4 exheredare] *scr.* exheredare eos praeterire] eum pr. *O* 5 quod *om.* *E* 6 scissa $Y^a$ 7 legimum *V*

firmitatem. Si quid maximum crimen in matrem patremve, avum vel aviam tales filios vel nepotes commisisse aperte potuerit conprobari, manente in eos ultione legitima, si accusatio interea iure processerit, parentes tamen sub tali elogio, cui subpeditabunt probabilia et manifesta documenta, solam eis Falcidiam debitae successionis relinquant, ut hoc saltem in honorem religionis electae meruisse videantur, manente, ut diximus, criminum, si probata fuerint, ultione. ET CETERA. DAT. VI ID. APRIL. R(A)V(ENNAE) THEOD(OSIO) XII ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

*VEYDO*

1 quid] autem *O* matrem patremue] patrem matremuel *E* filii *YD* 2 conmisissaea aperte *(sic) E*, commissae aperte *D* poterit *O*, potuerint *YD*ᵇ 5 saltim in honore *E* 6 fuerit ultionem *E* 6/7 dat. ui id. apr. r̄u *(sic V)* th. xii (ii *V*) et ual. ii aa. *(om. O) libri*

XVI, 8, 29 (429 Mai. 30).

IDEM AA. IOHANNI C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Iudaeorum primates, qui in utriusque Palaestinae synedriis nominantur vel in aliis provinciis degunt, || quaecumque post excessum patriarcharum pensionis nomine suscepere, cogantur exsolvere. In futurum vero || ˹periculo eorundem anniversarius canon de synagogis omnibus palatinis conpellentibus exigatur˺ ad eam formam, quam patriarchae quondam coronarii auri nomine postulabant; ˹quae tamen quanta sit, sollerti inquisitione discutias˺; et quod de occidentalibus partibus patriarchis conferri consueverat, nostris largitionibus inferatur. DAT. III KAL. IVN. CONSTANTINOP(OLI) FLORENTIO ET DIONYSIO CONSS.

IVST.
|| *fin.*
|| *redit*
˹periculo suo anniversarium canonem de s. o. p. c. exigant˺
˹ ˺ *om.*

*VE.* — IVST. 1, 9, 17.

1 consl̄ *E* 2 utrisque *E* palestinae *V* 3 quecumque *V* 4 suscepere] *Tilius*, suscipere *V*, *om. E* 5 periculum *E* 6 conpellentibus] *E*, conpetentibus *V* 6/7 exigantur eadem forma *E* 7 quondam *om. E* 8 sollertie *E* 9 inquisitionem *V* quod] hoc quod *Iust.* partibus] *V Iust. (Bamb.)*, patribus *E, om. Iust. (reliqui)* 11 iul. *E* dyonysio *V*

# VIIII [= BREV. IIII]. NE CHRISTIANVM MANCIPIVM IVDAEVS HABEAT.

*Rubr. om. E* uiiii *om. V* christianum] chris...... *V* manumancipium *N* iudeis *S.* — *Iust.* 1, 10: ne Christianum mancipium haereticus vel paganus vel Iudaeus habeat vel possideat vel circumcidat.

XVI, 9, 1 [= BREV. XVI, 4, 1] (335 Oct. 21).

IMP. CONSTANTINVS A. AD FELICEM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis Iudaeorum Christianum mancipium vel cuiuslibet alterius sectae mercatus circumciderit, minime in servitute retineat circumcisum, sed libertatis privilegiis, qui hoc sustinuerit, potiatur. ET CETERA. DAT. XII KAL. NOV. CONSTANTIN(O)P(OLI); P(RO)P(OSITA) VIII ID. MAI. CART(HA)G(INE) NEPOTIANO ET FACVNDO CONSS.

1 felice *EN* ppo̅] ppm̅ *N*, pfu̅ *G*, *om. C* quis] quispiam *Sirm.* 2 mercatur *S* circumciderit .... 3 potiatur] circumcidere non perhorruerit, circumcisus quidem istius statuti mensura libertatis compos effectus eiusdem privilegiis potiatur; non fas Iudaeo sit qui circumciderit, mancipium generis memorati in obsequium seruitutis retinere *Sirm.* 2/3 seruitutem *G* 3 reteneat *E* sed] si *E* liberatis *H* sustenuit *HN* potiantur *H*, paciatur *N* 3/4 et cetera *om. H* 4/5 dat. xii *(sic Sirm., xi reliqui)* k. nou. constantinopoli (-lim *H*) p̅p̅ (ppo̅ *E[E]*, preposito *S*, accepta *N*) uiii (uii *G Sirm.*) id. mai. cart̄ *(om. NE)* nep. et fac. *libri*: *vide ad 16, 8, 5*

XVI, 10, 3 (346 [342] Nov. 1).

IDEM AA. AD CATVLLINVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quamquam omnis superstitio penitus eruenda sit, tamen volumus, ut aedes templorum, quae extra muros sunt positae, intactae incorruptaeque consistant. Nam cum ex nonnullis vel ludorum vel circensium vel agonum origo fuerit exorta, non convenit ea convelli, ex quibus populo Romano praebeatur priscarum sollemnitas voluptatum. DAT. KAL. NOV. CONSTANTIO IIII ET CONSTANTE III AA. CONSS.

*VE*

1 idem aa.] *V*, impp. constantius et constans aa. *(inscriptione emendata ad subscriptionem) E* catulinum *E* pu] *V*, ppm *E* 2 eruenda] *E*, erudienda *V* inacte *E* 4 exhorta *V* 5 *Catullinus cum urbem administraverit a. 342 Iul. 6 ad 344 Apr. 10, scribendum est* Constantio III et Constante II conss.

XVI, 10, 4 (346 [354?] Dec. 1).

IDEM AA. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Placuit omnibus locis adque urbibus universis claudi protinus templa et accessu vetito omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari. Volumus etiam cunctos sacrificiis abstinere. Quod si quis aliquid forte huiusmodi perpetraverit, gladio ultore sternatur. Facultates etiam perempti fisco decernimus vindicari et similiter ⌜adfligi⌝ [⌜puniri⌝ IVST.] rectores provinciarum, si facinora vindicare neglexerint. DAT. KAL. DEC. CONSTANTIO IIII ET CONSTANTE III AA. CONSS.

*VE*. — IVST. 1, 11, 1.

1 id. aa] *VE*, imp. const *similiterve Iust.* ppm *E* 2 protinis *V* templo *E* accessi *E* uetito] *Iust.*, uetitis *VE* licentia *E* 3 quis *om. Iust.* 4 sternantur *Iust.* 5 adfligere *E* 5/6 uindicari neglexerit *E* data k. dec. (cp *ins. Iust. [PL]*) constantio (a *ins. Iust. [PL]*) iiii *(sic VE*, uiii *Iust. [PL])* et constante iii *(sic E Iust. [PbL]*, iiii *Iust. [Pa]*, *om. V)* aa. *(om. Iust. [PL]) libri; cum praecedat constitutio a. 346 Nov. 1, sequatur altera a. 353 Nov. 23, subscriptio requiri videtur significans diem Dec. 1 a. 346* Constantio IIII et Constante III AA. *At cum reliquae constitutiones ad Taurum emissae numero multae pertineant ad a. 355—361, ad ea tempora haec quoque revocanda erit. Lectiones tamen codicis Iustiniani cum eo ducere videantur, ut subscriptum fuerit* Constantio A. VII et Constante C. III, *id est a. 354, fortasse in archetypo ordine temporis neglecto post constitutionem a. 353 Nov. 23 sequebatur haec a. 354 Dec. 1, qui dies cum reliquis ad Taurum datis ut potest conciliari, ita obstat ei, ut prudenter monuit Tillemont 4, 682, quod a. 355 Lollianus praefecturam tenuit per Italiam teste constitutione 11, 30, 25. Fortasse erratum est in magistratu.*

XVI, 10, 5 (353 Nov. 23).

IDEM A. AD CERREALEM P(RAEFECTVM) V(RBI). Aboleantur sacrificia nocturna Magnentio auctore permissa et nefaria deinceps licentia repellatur. ET CETERA. DAT. VIIII KAL. DEC. CONSTANTIO A. VI ET CAES. II CONSS.

*VE*

1 aa. *VE* pu] *V*, pm *E* nocturno *E* 3 caes. ii] *V*, constante ii *E* cons *V*

XVI, 10, 6 (356 Febr. 19).

IDEM A. ET IVLIANVS CAES. Poena capitis subiugari praecipimus eos, quos operam sacrificiis dare vel colere simulacra constiterit. DAT. XI KAL. MART. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. CONSS.

*VE*. — Cf. THEODERICVS 123.

1 idem a.] da *(omissa littera prima) E* (dam **E*) caes] *V*, cons. *E* 3 caes. conss.] *V*, cons. *(ubi* conss. *plerumque omittitur) E*

fuerit violata, sceleris tanti auctores capitali poena proscribtione comitante plectantur. DAT. IIII ID. APRIL. CONSTANTIN(O)P(OLI) HONOR(IO) A. XI ET CONSTANTIO V̄. C̄. II CONSS.

*VE et ADD. ad brev. [E]G; habent praeterea decurtati Bernensis 263, Parisinus 4409, Vaticanus reginae 1048 et ex epitomis Guelferbytana.* — IVST. 1, 10, 1.

1 auctoris *G[E]* proscriptionem *G* comitante] emit ante *G*, *om. [E]* plectentur *VE*, plectetur *G* 2 data (datarum *[E]*) iiii (iii *G*) id. apr. constantinopoli (constantino *G[E]*) honorio *(om. G[E])* a. xi et constantio (constante *[E]*) uc ii (u̅c̅ ii *V*, ii u̅i̅c̅ *E*, aug. u *[E]*, uiro clarissimo *G*) *libri* ista lex interpraetationem non indiget *add. [E]*

XVI, 9, 5 (423 Apr. 9).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Christiana mancipia Iudaeorum nemo audeat comparare. Nefas enim aestimamus religiosissimos famulos impiissimorum emptorum inquinari dominio. Quod si quis hoc fecerit, statutae poenae absque omni erit dilatione obnoxius. ET CETERA. DAT. V ID. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

*VEYD*

1 a̅a̅] a. *D*[b] 2 religiosissimus *E*[a] *(cum *E)* 2/3 impiosissimorum *YD* 3 statutae (statae *Y*[a]) . . . 4 erit *om. E*

# X. DE PAGANIS, SACRIFICIIS ET TEMPLIS.

*Rubricam om. E.* — x *om. V.* — *Iust.* 1, 11.

XVI, 10, 1 (320/1 Dec. 17).

IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM. Si quid de palatio nostro aut ceteris operibus publicis degustatum fulgore esse constiterit, retento more veteris observantiae quid portendat, ab haruspicibus requiratur et diligentissime scribtura collecta ad nostram scientiam referatur, ceteris etiam usurpandae huius consuetudinis licentia tribuenda, dummodo
1 sacrificiis domesticis abstineant, quae specialiter prohibita sunt. Eam autem denuntiationem adque interpretationem, quae de tactu amphitheatri scribta est, de qua ad Heraclianum tribunum et mag(istrum) officiorum scribseras, ad nos scias esse perlatam. DAT. XVI KAL. IAN. SERDICAE; ACC(EPTA) VIII ID. MAR. CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

*VE*

1 Maximum] *intellego praefectum urbi* quid] *Cuiacius*, qui *V*, quis *E* 2 obseruande *E* 4 *scr.* referantur 5 quae *om. E* 6 interpraetationem *V* 7 perlatam] *Beck*, perlatum *VE* 8 dat. xui kal. *(om. E)* ian. serd. acc. (acao *[sic] E*) uiii id. mart. cr. ii et const. ii cc. (a. *E*) *libri: consentit laterculus praefectorum*

XVI, 10, 2 (341 . . . .).

IMP. CONSTANTIVS A. AD MADALIANVM AGENTEM VICEM P(RAEFECTORVM) P(RAETORI)O. Cesset superstitio, sacrificiorum aboleatur insania. Nam quicumque contra legem divi principis parentis nostri et hanc nostrae mansuetudinis iussionem ausus fuerit sacrificia celebrare, conpetens in eum vindicta et praesens sententia exeratur. ACC(EPTA) MARCELLINO ET PROBINO CONSS.

*VE*

1 madillianum *E cf.* L. Crepereius Madalianus *appellatur in titulis duobus urbano (C. I. L. VI, 1151) et Calamensi (C. I. L. VIII, 5348)* ageus uicem pp̄o] vicarius Italiae *appellatur in titulo citato Calamensi* 3 parentes *E*[a] 4 exeretur *E* 4/5 acc. m. et pr. conss.] *V*, d̄at a coñs m. et pr. *E*

(381 Dec. 21).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si qui vetitis sacrificiis diurnis nocturnisque velut vesanus ac sacrilegus incertorum consultorem se inmerserit fanumque sibi aut templum ad huiuscemodi sceleris executionem adsumendum crediderit vel putaverit adeundum, proscribtione se noverit subiugandum, cum nos iusta institutione moneamus castis deum precibus excolendum, non diris carminibus profanandum. DAT. XII KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

*VE*

2 quis *E* nocturnisque] que *E* 3 consultorem se] *sic fere Gothofredus*, consultorum *VE* 3/4 ad h. sc. executionem] *scripsi*, ab h. sc. excusationem (-ne *E*) *VE* 4 abeundem *E* proscribtione] proscriptione *E*, proscribtioni *V* praecibus *V* 6 xii] *V*, xiii *E*

0, 8 (382 Nov. 30).

IDEM AAA. PALLADIO DVCI OSDROENAE. Aedem olim frequentiae dedicatam coetui et iam populo quoque communem, in qua simulacra feruntur posita artis pretio quam divinitate metienda iugiter patere publici consilii auctoritate decernimus neque huic rei obreptivum officere sinimus oraculum. Ut conventu urbis et frequenti coetu videatur, experientia tua omni votorum celebritate servata auctoritate nostri ita patere templum permittat oraculi, ne illic prohibitorum usus sacrificiorum huius occasione aditus permissus esse credatur. DAT. PRID. KAL. DEC. CONSTANTINOP(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

*VE*

1 aa. *E* osdroenae] *V*, osdroeni *E* aedem] *Tilius*, eadem *VE* frequentiae dedicatam coetui] *ex iis quae sequuntur* et frequenti coetu *haec videntur huc translata esse substituta nomini numinis cuiusdam gentilium (cf. Ammianus 14, 3, 3)* 2 praetio *V* 2/3 diuinitate metienda] *E*, diuinitatem mentienda *V* 3 parere *V* 4 sinemus *E*b *(cum *E)* conuentus *E*a*(?)* uideatur] adeatur *Labbaeus* 6 oraculi] *Gothofredus*, oraculis *VE* occasione] *Cuiacius*, occasionis *VE*

0, 9 (385 Mai. 25).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ne quis mortalium ita faciendi sacrificii sumat audaciam, ut inspectione iecoris extorumque praesagio vanae spem promissionis accipiat vel, quod est deterius, futura sub execrabili consultatione cognoscat. Acerbioris etenim inminebit supplicii cruciatus eis, qui contra vetitum praesentium vel futurarum rerum explorare temptaverint veritatem. DAT. VIII KAL. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCADIO A. I ET BAVTONE V. C. CONSS.

*VE.* — IVST. 1, 11, 2.

1 faciendis *E* 2 ut *om. E* iecris *V*1 uanae] *VE*b, uage *E*a 3 aceruioris *VE* 5 rerum *om. E* 5/6 dat. uiii (uii *Iust. [Hal.]*) k. iun. const. arc. a. i *(om. E)* et bautone uc *(om. E) libri*

.0, 10 (391 Febr. 24).

IDEM AAA. AD ALBINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nemo se hostiis polluat, nemo insontem victimam caedat, nemo delubra adeat, templa perlustret et mortali opere formata simulacra suspiciat, ne divinis adque humanis sanctionibus reus fiat. Iudices quoque haec forma contineat, ut, si quis profano ritui deditus templum uspiam vel in itinere vel in

1 idem] imp. constantinus *YDO*: *requiritur* impp. Theodosius Valentinianus et Arcadius aaa.] *EY*, aa. *V*, *om. DO* ad albinum] albino *YDO* ppo] *VYD*, praeposito *O*, ppm *E*: *immo* pu *(cf. Tillemont ad Theodosium I not. 44)* polluant *E* 2 cedat *V* delubra adeat] lubra ad ea *E* mortali] metali *E* 3 suscipiat *YDO* adque] et *O* 3/4 haec forma] *E*, hanc formam *VYDO* 4 contineat] *Gothofredus*, contineant *libri* si quis] si quis inlustris vel spectabilis *Seeck* ritu *VEY*a*D*a uspiam] quispiam *E*

urbe adoraturus intraverit, quindecim pondo auri ipse protinus inferre cogatur nec non officium eius parem summam simili maturitate dissolvat, si non et obstiterit iudici et confestim publica adtestatione rettulerit. Consulares senas, officia eorum simili modo, correctores et praesides quaternas, apparitiones illorum similem normam aequali sorte dissolvant. DAT. VI KAL. MART. MED(IOLANO) TATIANO ET SYMMACHO CONSS.

*VEYDO*

1 pondus *E* 2 officium eius] eius off. *O* 3 sena *O* 4 quaterna *O* apparitores *YO* eorum *EO* 5 dissoluat *E* dat. ui (*sic V*, iii *E*, xui *YDO*) k. mart. med. tatiano (tationo *D*) et symmacho (simaco *E*) *libri*

XVI, 10, 11 (391 Iun. 16).

IDEM AAA. EVAGRIO P(RAE)F(EC)TO AVGVSTALI ET ROMANO COM(ITI) AEG(YPTI). Nulli sacrificandi tribuatur potestas, nemo templa circumeat, nemo delubra suspiciat. Interclusos sibi nostrae legis obstaculo profanos aditus recognoscant adeo, ut, si qui vel de diis aliquid contra vetitum sacrisque molietur, nullis exuendum se indulgentiis recognoscat. Iudex quoque si quis tempore administrationis suae fretus privilegio potestatis polluta loca sacrilegus temerator intraverit, quindecim auri pondo, officium vero eius, nisi conlatis viribus obviarit, parem summam aerario nostro inferre cogatur. DAT. XVI KAL. IVL. AQVIL(EIAE) TATIANO ET SYMMACHO CONSS.

*VE*

1 aa. *V* 3 aditos *E* quis *E* *ante* uel *quaedam excidisse videri monet Seeck* 4 recognoscant *E* 6 temerato *E* pondus *E* 7 obuiaret *E* xui] *V*, xu *E*

XVI, 10, 12 (392 Nov. 8).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nullus omnino ex quolibet genere ordine hominum dignitatum vel in potestate positus vel honore perfunctus, sive potens sorte nascendi seu humilis genere condicione fortuna in nullo penitus loco, in nulla urbe sensu carentibus simulacris vel insontem victimam caedat vel secretiore piaculo larem igne, mero genium, penates odore veneratus

1 accendat lumina, inponat tura, serta suspendat. Quod si quispiam immolare hostiam sacrificaturus audebit aut spirantia exta consulere, ad exemplum maiestatis reus licita cunctis accusatione delatus excipiat sententiam conpetentem, etiamsi nihil contra salutem principum aut de salute quaesierit. Sufficit enim ad criminis molem naturae ipsius leges velle rescindere, inlicita perscrutari, occulta recludere, interdicta temptare, finem

2 quaerere salutis alienae, spem alieni interitus polliceri. Si quis vero mortali opere facta et aevum passura simulacra inposito ture venerabitur ac ridiculo exemplo, metuens subito quae ipse simulaverit, vel redimita vittis arbore vel erecta effossis ara cespitibus, vanas imagines, humiliore licet muneris praemio, tamen plena religionis iniuria honorare temptaverit, is utpote violatae religionis reus ea domo seu possessione multabitur, in qua eum gentilicia constiterit superstitione famulatum. Namque omnia loca, quae turis constiterit vapore fumasse, si tamen ea in iure fuisse turificantium probabuntur, fisco

3 nostro adsocianda censemus. Sin vero in templis fanisve publicis aut in aedibus agrisve alienis tale quispiam sacrificandi genus exercere temptaverit, si ignorante domino usurpata constiterit, viginti quinque libras auri multae nomine cogetur inferre, coniventem

4 vero huic sceleri par ac sacrificantem poena retinebit. Quod quidem ita per iudices ac defensores et curiales singularum urbium volumus custodiri, ut ilico per hos comperta

1 ppm *E* 2 ordine hominum] *scr.* hominum ordineue 4 orbe *V* 5 cedat *V* segretiore *E*[a] pi•culo (*membr. lacera*) *V* penate sudore ueneratos *E* 6 inponatur a *E* 7 spirantia *om. E* extra *E* 10 legis *E* 11 aliena *E* 12 euum *V* exemplum *E* 13 que *V* simulauerit *om. E* uitis *E* erecte effosis *E* 14 liget *E* 15 utpute *E* possessionis *E* 16 centilicia *E* 17 ea] ex *E* 18 fanisue] *V*, fanis uel *E* 19 agris uel *E* 20 conhibentem *E*

in iudicium deferantur, per illos delata plectantur. Si quid autem ii tegendum gratia aut incuria praetermittendum esse crediderint, commotioni iudiciariae subiacebunt; illi vero moniti si vindictam dissimulatione distulerint, triginta librarum auri dispendio multabuntur, officiis quoque eorum damno parili subiugandis. DAT. VI ID. NOV. CONST(ANTINO)-P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

*V [deficit* 900, 17 *in* fisco*] E*

1 hii *E* iudicarie $E^{b}$, iudicare $E^{a}$ 4 damno] dampno $E^{a}$ *(inde* p *imperfecte eraso* damino **E)* | 5 a.] aa. *E*

---

VI, 10, 13 (395 Aug. 7).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONORIVS AA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Statuimus nullum ad fanum vel quodlibet templum habere quempiam licentiam accedendi vel abominanda sacrificia celebrandi quolibet loco vel tempore. Igitur universi, qui a catholicae religionis dogmate deviare contendunt, ea, quae nuper decrevimus, properent custodire et quae olim constituta sunt vel de haereticis vel de paganis, non audeant praeterire, scituri, quidquid divi genitoris nostri legibus est in ipsos vel supplicii vel dispendii constitutum, nunc acrius exsequendum. Sciant autem moderatores provinciarum nostrarum et his apparitio obsecundans, primates etiam civitatum, defensores nec non et curiales, procuratores possessionum nostrarum, in quibus sine timore dispendii coetus inlicitos haereticos inire conperimus, eo, quod fisco sociari non possunt, quippe ad eius dominium pertinentes, si quid adversus scita nostra temptatum non fuerit vindicatum adque in vestigio ipso punitum, omnibus se detrimentis et suppliciis subiugandos, quae scitis sunt veteribus
1 constituta. Speciatim vero hac lege in moderatores austeriora sancimus et decernimus: namque his non custoditis omni industria adque cautela non solum hanc multam, quae in ipsos constituta est, exerceri, verum etiam quae in eos praefinita est qui commissi videntur auctores, nec his tamen remissa, quibus ob contumaciam suam iuste est inro-
2 gata. Insuper capitali supplicio iudicamus officia coercenda, quae statuta neglexerint. DAT. VII ID. AVG. CONS(TANTINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

*E*

2 quolibet *E* quempium $E^{a}$ 3 a *om. Cui.* 4 decreuimus] *edd.*, decreuit *E Cui.* 7 agrius *E* sciant] *Cuiacius*, scient *E* 9 haeretiquos $E^{a}$ 12 ponitum $E^{a}$ scitis sunt] *scripsi*, sciti sunt *E*, sunt a *Cui.* 13 constitutas *E* 15 ipso *E* exerceri] *requiritur* sciant exerceri *vel similia* 16 iusta $E^{a}$ *(cum *E)* 17 quoercenda *E* quae] e *(?)* $E^{a}$, *om.* $E^{b}$ *(cum *E)* neclexerint *E* 18 dat.] datarum *E*

---

I, 10, 14 (396 Dec. 7).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Privilegia si qua concessa sunt antiquo iure sacerdotibus ministris praefectis hierofantis sacrorum sive quolibet alio nomine nuncupantur, penitus aboleantur nec gratulentur se privilegio esse munitos, quorum professio per legem cognoscitur esse damnata. DAT. VII ID. DEC. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

*E*

2 sacrorum] *Gothofredus*, acgrorum *E*, agrorum *Cui.* colibet $E^{a}$ 3 monitos *E* | 4 uii] *sic potius E (cum *E) quam* ui, *ut legit Cuiacius*

---

I, 10, 15 (399 Ian. 29).

IDEM AA. MACROBIO VICARIO HISPANIARVM ET PROCLIANO VICARIO QVINQVE PROVINCIARVM. Sicut sacrificia prohibemus, ita volumus publicorum operum ornamenta servari. Ac ne

1 magrouio *E* uicario hisp. et pr. uic. u. prou.] ppo hisp. et pr. uic. u prou. *E*, macrobio et procliano vicariis *Iust.*

sibi aliqua auctoritate blandiantur, qui ea conantur evertere, si quod rescriptum, si qua lex forte praetenditur. ⌜Erutae⌝ huiusmodi chartae ex eorum manibus ad nostram scientiam referantur, || si inlicitis evectiones aut suo aut alieno nomine potuerint demonstrare, quas oblatas ad nos mitti decernimus. Qui vero talibus cursum praebuerint, binas auri libras inferre cogantur. DAT. IIII KAL. FEB. RAVENNAE THEODORO V̄. C̄. CONS.

IVST. ⌜abreptae⌝ || *finit*

*E.* — IVST. 1, 11, 3.

3 scientiam referantur] *Iust.*, scientiam *E Cui.* 3/4 si inlicitis euectiones aut suo aut alieno nomine potuerint demonstrare] *requiritur* si qui fecisse inlicitas euectiones aut suo aut alieno nomine potuerint demonstrari 5 auri libras auri *E*[a] 6 dat. iiii k. feb. raueñ theodoro uic *E*, d xiii k. febr. constantinop. theodosio et rumoridio coss. *Iust. (Hal.)*

XVI, 10, 16 (399 Iul. 10).

IDEM AA. AD EVTYCHIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si qua in agris templa sunt, sine turba ac tumultu diruantur. His enim deiectis atque sublatis omnis superstitioni materia consumetur. DAT. VI ID. IVL.; P(RO)P(OSITA) DAMASCO THEODORO V̄. C̄. CONS.

*E*

1 ad euthiciano *E*, eutychiano *Cui.* templo *E* 2 sublatus *E* superstitione *E*, superstitionis *Cui.* 3 consumentur *E* dat. iii id. iul. ppo damasco theodoro uic *E*

XVI, 10, 17 (399 Aug. 20).

IDEM AA. APOLLODORO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Ut profanos ritus iam salubri lege submovimus, ita festos conventus civium et communem omnium laetitiam non patimur submoveri. Unde absque ullo sacrificio atque ulla superstitione damnabili exhiberi populo voluptates secundum veterem consuetudinem, iniri etiam festa convivia, si quando exigunt publica vota, decernimus. DAT. XIII KAL. SEPT. PATAVI THEODORO V̄. C̄. CONS.

*E.* — IVST. 1, 11, 4.

2 laetitiam] *Iust.*, lecticiam *E*, licentiam *Cui.* 3 exhiberi] *Iust.*, exhibere *E* 3/4 populorum *Iust. (Lat.)* 4 iniri] *Iust.*, inire *E* si *om. Iust. (Lat. praeter W)* 5 dat. xiii (uiii *Iust. [Hal.]*) k. sept. pat. theod. uic *E*, uiii k. sept. honorio uii et theodosio ii āā *Iust. (Hal.)*

XVI, 10, 18 (399 Aug. 20).

IDEM AA. APOLLODORO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Aedes inlicitis rebus vacuas nostrarum beneficio sanctionum ne quis conetur evertere. Decernimus enim, ut aedificiorum quidem sit integer status, si quis vero in sacrificio fuerit deprehensus, in eum legibus vindicetur, depositis sub officio idolis disceptatione habita, quibus etiam nunc patuerit cultum vanae superstitionis inpendi. DAT. XIII KAL. SEPT. PATAVI THEODORO V̄. C̄. CONS.

*E*

1 nostram *Cui.* 3 in sacr.] *Gothofredus*, sacr. *E* 4 disc. hab. *collocandum post* uindicetur 5 dat. xiii (iii *Cui.*) k. sept. (*sic Cui. ad iunctas* 16, 10, 17. 16, 11, 1, dec. *E)* pat. theod. uc (uic *E) liber*

XVI, 10, 19 (408 [407] Nov. 15).

IMPPP. ARCADIVS, HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AAA. CVRTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Templorum detrahantur annonae et rem annonariam iuvent expensis devotissimorum

1 arcadius *del.* 2 iuuent] *Sirm.*, iubet *E*, iubente *Cui.*

1 militum profuturae. Simulacra, si qua etiamnunc in templis fanisque consistunt et quae alicubi ritum vel acceperunt vel accipiunt paganorum, suis sedibus evellantur, cum
2 hoc repetita sciamus saepius sanctione decretum. Aedificia ipsa templorum, quae in civitatibus vel oppidis vel extra oppida sunt, ad usum publicum vindicentur. Arae locis omnibus destruantur omniaque templa in possessionibus nostris ad usus adcommodos
3 transferantur; domini destruere cogantur. Non liceat omnino in honorem sacrilegi ritus funestioribus locis exercere convivia vel quicquam sollemnitatis agitare. Episcopis quoque locorum haec ipsa prohibendi ecclesiasticae manus tribuimus facultatem; iudices autem viginti librarum auri poena constringimus et pari forma officia eorum, si haec eorum fuerint dissimulatione neglecta. DAT. XVII KAL. DEC. ROMAE BASSO ET PHILIPPO CONSS.

---

*E. — SIRM. 12 integra.*

1 famisque *Cui.* et *delendum* 2 alicubi] aliquem *Sirm.* ritum] *Sirm.*, ritu *E Cui.* reuellantur *Sirm.* 3 sanctionem *E* 5 destruatur *E* usos *E* 6 honore *E* 7 exercere] *E Cui.*, exegere *Sirm.* quisquam *E* agitare] *Cui. Sirm.*, agitari *E* 8/9 iudices ... proposita] *(post alia)* quos (indices) ... viginti librarum auri poena statutae dudum multae constringet, pari multa officiis eorum ordinibusque proposita *Sirm.* 10 romam *E.* — *Propter subscriptionem vide ad 16, 5, 43*

---

XVI, 10, 20 (415 Aug. 30).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. Sacerdotales paganae superstitionis competenti coercitioni subiacere praecipimus, nisi intra diem kalendarum Novembrium de Karthagine decedentes ad civitates redierint genitales, ita ut simili quoque censurae per totam Africam sacerdotales obnoxii teneantur, nisi de metropolitanis urbibus discesserint et remearint ad proprias civitates.
1 || Omnia ˹etiam˺ loca, quae sacris error veterum deputavit, ˹secundum divi Gratiani constituta˺ nostrae rei iubemus sociari || ita ut ex eo tempore, quo inhibitus est publicus sumptus superstitioni deterrimae exhiberi, fructus ab incubatoribus exigantur, || quod autem ex eo iure ubicumque ad singulas quasque personas vel praecedentium principum largitas vel nostra maiestas voluit pervenire, id in eorum patrimoniis aeterna firmitate perduret. || Quod non tam per Africam quam per omnes regiones in nostro
2 orbe positas custodiri decernimus ||. Ea autem, quae multiplicibus constitutis ad venerabilem ecclesiam voluimus pertinere, Christiana sibi merito religio vindicabit ||, ita ut omnis expensa illius temporis ad superstitionem pertinens, quae iure damnata est, omniaque loca, quae frediani, quae dendrophori, quae singula quaeque nomina et professiones gentiliciae tenuerunt epulis vel sumptibus deputata, possint hoc
3 errore submoto compendia nostrae domus sublevare. Sane si quondam consecrata sacrificiis deceptionem hominum praestiterunt, ab usibus lavacrorum vel publicis affecti-
4 bus separentur, ne inlecebram errantibus praestent. Chiliarchas insuper et centonarios vel qui sibi plebis distributionem usurpare dicuntur censuimus removendos, ita ut capi-

IVST.
|| *inc.* | ˹ ˺ *om.* ˹ ˺ *om.* | || *fin.*
|| *redit*
|| *finit*
|| *redit*
|| *fin.*

---

1 aa.] *E*, aa populo cartaginiensi *Iust. ex interpolatione opinor, neque enim ullam habemus constitutionem emissam ad populum municipii coloniaeve.* pagante *E* 2 praecipimus] *Cui.*, precibus *E* die *E* 3 censurae] *scripsi*, censuram *E*, censura *Cui.* 5 remearent *E* 6 error] *Cui. Iust.*, orror *E* 8 est publicus sumptus] *Cui. Iust.*, est publico sumptus est *(sic) E* 9 exhiberi] *Cui.*, exhibere *E* fructos *E* 10 quod autem ex eo iure ubicumque] *Iust.*, cum eo iure ubicumque *E*, cum eo iure ut quodcumque *Gothofredus* quasque] quascumque *Iust. (praeter W)* 12 id in eorum] *Cui. Iust.*, idoneorum *E* 14 uutem *E*[a], uero *Iust.* 15 uoluimus] *Cui. Iust. (R Graec.)*, uolumus *E Iust. (CM)* 16 sibi] *Cui. Iust.*, si *E* uindicauit *E Cui.* omnes *E* 17/18 omniaque] *Cui.*, omnique *E* 18 quaeque] *Gothofredus*, quoque *E Cui.* 19 epulis] *Labbaeus*, aepholis *E*, epholis *Cui.* possint] *scripsi*, fas est *E Cui.*, fas sit *Gothofredus* 20 si quondam consecrata] *scripsi, possis temptare item* si aedes quondam consecratae, quondam consecrate *E*, quae quondam sacratae *Cui.* 22 separentur] *Cui.*, separarentur *E* ciliarchas *E* centonarias *Cui.*

talem sententiam non evadat, si quis aut volens ad huiusmodi nomen accesserit aut passus fuerit vel invitum se huiusmodi praesumptioni atque invidiae deputari. DAT. III KAL. SEPT. RAVEN(NAE) HONORIO X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

*E.* — IVST. 1, 11, 5.

1 quis] *E*, qui *Cui.*

---

XVI, 10, 21 (416 Dec. 7).

IDEM AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O II. POST ALIA: Qui profano pagani ritus errore seu crimine polluuntur, hoc est gentiles, nec ad militiam admittantur nec administratoris vel iudicis honore decorentur. DAT. VII ID. DEC. D. N. THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

*EYDO*

1 aureliano] auriliano *YD* ii] $Y^bD$, *om. E* $Y^aO$ qui] eorum qui *O* pagano *E* 2 nec] nemo *YDO* admittatur *YDO* | 3 iudices $EY^a$ 3/4 dat. uii (ui *O*) id. dec. (sept. *YDO*) d̄n (dōn̄ *E*, *om. YDO*) th. a. (*om. E Cui. O*) uii et pall. *libri*

---

XVI, 10, 22 (423 Apr. 9).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Paganos qui supersunt, quamquam iam nullos esse credamus, promulgatarum ..... iam dudum praescripta conpescant. ET CETERA. DAT. V ID. APRIL. CONST(ANTINO)P(O)L(I) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

*E (om. *E)*

2 promulgatarum] *E*, promulgatarum legum *Cuiacius*

---

XVI, 10, 23 (423 Iun. 8).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Paganos qui supersunt, si aliquando in execrandis daemonum sacrificiis fuerint comprehensi, quamvis capitali poena subdi debuerint, bonorum proscriptio ac exilium cohercebit. DAT. VI ID. IVN. CONSTANTINOPOLI ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

*E.* — Cf. THEODERICVS 123.

3 proscriptio ac exilium coercebit] *scripsi*, proscriptio ad exilium coherceri *E*, proscriptione | et exilio coerceri] *Cuiacius*

---

XVI, 10, 24 (423 Iun. 8).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Manichaeos illosque, quos Pepyzitas vocant, nec non et eos, qui omnibus haereticis hac una sunt persuasione peiores, quod in venerabili die paschae ab omnibus dissentiunt, si in eadem amentia perseverant, eadem poena multamus, bonorum proscriptione atque exilio.
1 Sed hoc || Christianis, qui vel vere sunt vel esse dicuntur, specialiter demandamus, ut Iudaeis ac paganis in quiete degentibus nihilque temptantibus turbulentum legibusque contrarium non audeant manus inferre religionis auctoritate abusi. Nam si contra securos fuerint violenti vel eorum bona diripuerint, non ea sola quae abstulerint, sed ⌜conventi in triplum et quadruplum⌝ quae rapuerint resti-

[IVST. || inc.]

[IVST. ⌜convicti in duplum⌝]

2 pepitas *E Cui.*, pepuzitas *Gothofredus* 3 si *om. Cui.* 4 poenam *E* 5 dicuntur] | *Cui. Iust.*, dicunt *E* 7 si] *Cui. Iust.*, *om. E*

tuere conpellantur. Rectores etiam provinciarum et officia et ˫provinciales˧ cognoscant se, si ⌈ fieri ⌈⌈ permiserint, ut eos qui fecerint puniendos. DAT. VI ID. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) ASCLEP(IODOTO) ET MAR(INIANO) CONSS.

IVST.

˫principales˧

⌈ non ipsi talia vindicent, sed | ⌈⌈ a popularibus hoc

*T [incipit* 905, 2 .. es cognoscant*] E.* — IVST. 1, 11, 6.

2 et off.] off. *Cui.* 3 si *om. E*ᵃ permiserit *E* ut] *Cui. Iust.*, et *TE* 4 ui id.] *E* | *Iust. (PL),* uii id. *Iust. (Hal.),* ui k. *T*

VI, 10, 25 (435 Nov. 14).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnibus sceleratae mentis paganae exsecrandis hostiarum immolationibus damnandisque sacrificiis ceterisque antiquiorum sanctionum auctoritate prohibitis interdicimus cunctaque eorum fana templa delubra, si qua etiam nunc restant integra, praecepto magistratuum destrui conlocationeque venerandae Christianae religionis signi expiari praecipimus, scientibus universis, si quem huic legi aput conpetentem iudicem idoneis probationibus inlusisse constiterit, eum morte esse multandum. DAT. XVIII KAL. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) XV ET VAL(ENTINI)ANO IIII AA. CONSS.

*TE*

1 isodoro *T* 2 mentes *E* paganae] *scr.* pagana exegrandis *T* 3 antiquorum *Cui.* 4 magistratum *E,* ****stratum *T* distrui *T* 5 conlocationeque] *Cui.*, conlationeque *TE* religioni *T* experiari praecipibmus *T*ᵃ | 6 si *om. T* iudicem | [*idoneis co*] ˙|˙N probationibus *(deficiunt litterae c. 9) T* 7/8 dat. xuiii (xuiiii *Cui.*) k. dec. const. th. xu (xii *E*) et ual. iiii (iii *TE*) aa. *(om. T) libri*

## XI [= BREV. V]. DE RELIGIONE.

*Rubr. om. E* refugione *L*

VI, 11, 1 [= BREV. XI, 5, 1] (399 Aug. 20).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. APOLLODORO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Quotiens de religione agitur, episcopos convenit agitare; ceteras vero causas, quae ad ordinarios cognitores vel ad usum publici iuris pertinent, legibus oportet audiri. DAT. XIII KAL. SEPT. PATAVIO THEODORO V̄. C̄. CONS.

Haec lex interpretatione non indiget.

*TEL.* — BREV. *(HNGYDO[E]CPMS).* — VALENTINIANVS III nov. 34 praef. ex 'Theodosiano corpore'.

1 hon. et arc. *[E]* a̅a̅ *om. O[E]* apollodorum *L*ᵃ*[E]* procons̅] p̅p̅o̅ *[E]* 2 agetur *N* episcopus *NGL*, ep(iscop)is *YO*, e̅p̅o̅ *S* agitare] *THNCPMS*, iudicare *E[E]GYDO*, agitare iudicare *L* ceteris u. causis *S* 2/3 cognoscituros *N*, cognitoris *[E]* 3 ad usum] usum *L*, ad usus *S* publicum *[E]* pertinet *N* audire | *NL* 3/4 dat. xiii *(sic L et iunctae,* xiiii *T et libri rel.*, xui *G)* k. sept. (feb. *C*, dec. *[E]*) pat. theod. uc (uiro claro *S*, uic *CM*²*E*, aug. *G*, et facundo *[E]*, *inc. M*¹, *om. TYDO*) *libri* 5 haec (ista *[E]*) lex interpretatione (-nem *[E]*, expositione *N*) non indiget (eget *NCMS*) *om. LD*

VI, 11, 2 (405 Mart. 5).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. DIOTIMO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Edictum, quod de unitate per Africanas regiones clementia nostra direxit, per diversa proponi volumus, ut omnibus innotescat dei omnipotentis unam et veram fidem catholicam,

1 imppp. arc. (et *ins. L*) hon. et th. aaa. *(pro his* idem augusti *O)* diotimo (diotimio *E Cui.*) proc a̅f̅r̅ (diot. pr. afr. *om. L*)] *******t hon̄ a̅a̅ | c̅l̅ *(rel. om.) T* dixerit *L* 2/3 diuersa] *EYDOL Cui.*, diuersas (-sa *T*ᵃ) prouin[*cias*] *T* 3 innotescant *E*

quam recta credulitas confitetur, esse retinendam. DAT. III NON. MART. RAV(ENNAE) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

---

*TEYDOL*

1 credulitas] *EYDOL Cui.*, fidelitas *T* retinenda *TL* 1/2 dat. iii non. mart. (mā *L hic finiens*) raū (constp raū *T*) stilichone (. . . . e *T*) ii et anthemio (antimio *YD*) *libri*

---

**XVI, 11, 3** (410 Oct. 14).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. MARCELLINO SVO SALVTEM. Ea, quae circa catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit vel nostra serenitas roboravit, novella superstitione submota integra et inviolata custodiri praecipimus. DAT. PRID. ID. OCT. RAVENNAE VARANE V. C. CONS.

---

*TEYDOL, item ADD. ad brev. H[E]G; habent praeterea decurtati quos enumeravimus ad 16, 9, 4 et duo Parisini 4414 et 4415 et epitomae Guelferbytana et Sangallensis. — Integra in gestis collationis Carthaginiensis a. 411 conl. 1 c. 4 (Mansi vol. 4 p. 53) et conl. 3 c. 29 (Mansi 4 p. 186).*

1 impp. . . . aa.] impp. caesares flavii honorius et theodosius pii felices victores ac triumphatores semper augusti *gesta Carth.*, idem augusti *O* flauio marcellino *gesta*, marcilino *L*, marcelliano *D*ª: tribunus et notarius *missus in Africam ad dirimendas controversias Christianorum secundum gesta Carth.* 2 legem] fidem *Cui.* olim *om. G Cui.* antiquitas . . . 2/3 constituit *om. [E]* antiquitus *E* nostrorum parentum *O* 2/3 continuit *E* 3 roborauit] moderauit *L* nouellam *[E]* superstitione (suprestitione *H*, superinstitutione *L*) submota (sum**** *T*, submote *D*ª*L*, remota *G Cui.*)] summota superstitione *O*, subreptione submota *gesta Karth.* et inuiolata] inlibata *[E]* 4 custodiri (-re *L G Cui.*) praecipimus (praecepimus *L*)] custodias *gesta* dat. (datarum *[E]*) prid. (iiii *G Cui.*) id. oct. rauenna *(def. T)* uarane *(sic TED*, barane *G*, uarano *Y*, uarrone *O*, baron *H*, bautone augusto *[E]*, bautone *Cui.)* ūc *(sic YDO Cui.*, ucl *H*, uiro clarissimo *G*, uicario *E*, u *[E]*, *om. T)* cons. (conss. *T*) *libri, item gesta* *addunt* haec (ista *[E]*, sta *H*) lex interpretatione (-nem *[E]*) non indiget *HG[E]*